mō capiť generaliter vt absoluiť a sexu vt tan
tū valet sicut parens ⁊ sic capiť in proposito.
¶ Tertiū correlariū. tēpus nō ē genus secūdo
mō dictū. q₂ tēpus magis est causa corruptio
nis q̄₃ generatōis. ¶ Tertia difficultas. vtru₃
locus sit principium generatōis queādmodū
⁊ pater. Et argr̄ ꝙ nō. q₂ pater ē pͥcipiū per se
locus aūt per accidēs q₂ non manet. igr̄ ⁊c. In
oppositū ē porphiri⁹ ⁊ rōe ꝓbať sic. illud ē pͥn/
cipiū gn̄atōis per accidēs quo mediāte virtus
generantis principalis recipitur in generante
scđario queādmodū se habēt corpora celestia
⁊ inferiora: hō eni ⁊ sol generāt hoīem. ex scđo
phisicoꝝ sic ꝙ sol gn̄at principaliter: hō vero
secūdario. nā agēs scđariū nō generat nisi vir
tute primi. Sed loc⁹ est id mediāte quo virtus
generātis pͥcipalis recipiť in omni generāte
scđario. vt patet. igiť. mior patet. q₂ virt⁹ cele/
stis cōiūgiť corpi per locū proxie cōtinētē. qui
loc⁹ nihil aliud ē q̄₃ termin⁹ corpis cōtinētis i/
mobile primū. vt habeť quarto phicoꝝ. Dui⁹

signū dat ptbolomeus in quadripartito. q̄ homines hui⁹ patrie magis accipiūt figuras & colore. ¶ Aduertendū tamē q̄ loc⁹ habet duplicē naturā. vnā q̄lificatiuā per quā generat & cōseruat inquātū in ea recipit aliq̄ virt⁹ infusa a corporib⁹ supercelestibus q̄ virt⁹ nata est coadiuuare ad generationē et cōseruationē corporis locati. & ideo loc⁹ medi⁹ in quo nos sum⁹ est principiū bois et aliorum aialiū. vnde p̄ talē virtutē sibi infusā potest dici loc⁹ causa efficiēs. Aliam habet naturā loc⁹ videlz quātitatiuā. secūdū quā cōtinet. et sic nō est causa efficiēs. quia quātitas nō ponit̄ de gn̄e actiuorum. ¶ Ad rationē dico q̄ loc⁹ est principiū gn̄atōnis effectiuū per accidēs. tamē si attēdat̄ similitudo ex pte cause: tūc loc⁹ ē pricipiū gn̄atiōis queadmodū et pater. si vero attendat̄ similitudo ex parte modi causādi. tūc ꝓpositio nō est vera. q̄z pat̄ est principiū per se generationis. loc⁹ vero per accidens. &c.

**Conclusio** Respōsal. Gen⁹ equoce dicit̄ de trib⁹ predictis acceptionib⁹. Pria pars patz. p̄ porphiriū dicentē q̄ gen⁹ non dicit̄ simplicit̄. mō simpl̄r idē valet sicut vniuoce. Scda pars patet. q̄z oīne gen⁹ vel ē dictū ad similitudinē alterius. vl̄ nō. si primū: sic ē gen⁹ scdo: si 2m. h̄ est dupl̄r. vel tale gen⁹ est aliqd̄ vnū. et sic ē gen⁹ scdo mō. vel nō ē aliqd̄ vnū. & sic ē gen⁹ p̄mo.

**Primo** Dubitat̄. vtrū diffinitio gn̄is data in rōne p̄dicabilis sit sufficiens. ¶ Pro solutione supponit̄ q̄ aristo. i secūda parte hui⁹ capituli intēdit duas cōclusiones. ¶ Quarum pria ē hec. licet gen⁹ dicat̄ tripliciter. solū tamē ō tertio est sermo apud ph̄os. ¶ Scda ꝯclusio tāgit diffinitionē gn̄is in rōne predicabilis. & ē hec. Gen⁹ est qd̄ de pluribus differētib⁹ specie in eo qd̄ gd predicat̄. ¶ Pro cui⁹ probatiōe intēdit talē rationē. ista diffinitio nihil superfluū cōtinet. nec diminutū. ḡ est bona. añs pz. q̄z predicari de plurib⁹ facit differre gen⁹ ab indiuiduis: q̄ de vno solo predicāt̄ Et predicari ō differētib⁹ specie facit differre gen⁹ a specie & a propo. q̄z licet species p̄dicet̄ de plurib⁹. nō tamē predicat̄ ō differētib⁹ specie. sed numero. vt hō cū sit species p̄dicatur ō sorte & platone: q solū differūt numero. aimal vero cū sit gen⁹ predicat̄ ō boue & hoie q differūt specie. et nō numero solū. simlit̄ ꝓpriū solū predicat̄ de vna specie & de indiuiduis que sūt sub illa specie. vt risibile solū predicat̄ de hoie. & de particularib⁹ hoib⁹. genus vero predicat̄ de plurib⁹ differētib⁹ specie. sed predicari in eo qd̄ quid facit differre gen⁹ a differētia & ab accidēte q̄ nō predicāt̄ in eo qd̄ gd. sed in eo qd̄ quale. nā per differētiā et accidēs cōuenieter respōdem⁹ ad iterrogatōnē factā p̄ q̄le vt si querat̄ qualis est hō. cōuenieter respōdetur rationalis. Et si querat̄ q̄lis est coru⁹ cōuenieter respōdet̄ q̄ ē niger. mō rōnale ē differētia. nigrū vero ē accn̄s. ḡ differētia & accn̄s p̄dicātur in q̄le. q̄ aūt gen⁹ predicet̄ in gd ꝓbatur. q̄z per gen⁹ cōueniēter respōdet̄ ad iterrogationē factā per gd. vt si querat̄ quid est hō. cōueniēter respōdet̄ est aimal. mō aimal ē genus bois. ḡ gen⁹ predicat̄ in gd. ¶ Ex quib⁹ cōcludit porphiri⁹ nihil igitur supfluū neq̄ min⁹ cōtinet generis data descriptio.

**Secundo** Dubitat̄. vtrū predicta diffinitio gn̄is ꝯueniēter sit data de scda intētiōe vel de pria. ¶ Et videt̄ q̄ nō de scda. q̄z scda intētio gener] solū predicat̄ in gd de hac intētiōe et illa. que solū numero differūt. ḡ diffinitio nō dat̄ ō scda intētiōe. ꝯseq̄ntia tenet. q̄z q̄libet pars diffinitōis debz sēper predicari de diffinito. ¶ Scdo sic q̄ nō detur de pria intētione. q̄z ens predicat̄ de plurib⁹ differētib⁹ specie in eo qd̄ quid. et tamē nō est gen⁹. ḡ &c. ¶ R̄ndet̄ per tres distictōes. & vnū dictū. Pria distinctō ē h̄. gen⁹ pōt capi dupliciter. vno⁹ pro nat̄a coicabili plurib⁹ speciebus Alio⁹ capit̄ gen⁹ scdē intētionaliter scz pro respectu predicabilitat] nature cōis ō mult] differētib⁹ specie. g quidē respect⁹ i abstracto vocat̄ genericitas. et in concreto vocat̄ gen⁹. Secunda distinctio ē hec. duplex ē actus. quidā est exercit⁹. ali⁹ est signat⁹. Actus dicit̄ exercitus quādo fit vel ē. sicut act⁹ mouēdi exercet̄ quādo sortes mouet̄. Sed act⁹ dicitur signari quādo per ꝓpōnē significat̄ exerceri. vt h̄ propositio sortes mouet̄ significat sortē exercere actū mouēdi. Similiter iste act⁹ qui ē predicari de plurib⁹ differentib⁹ specie exercetur i primis intētionib⁹ mediante hoc verbo est. vt dicendo homo est aial. equus ē aial. sed ille idez actus dicit̄ significari quādo exponit̄ per secūdas itētiōes mediāte hoc verbo p̄dicat̄. sicut dicēdo. gen⁹ predicat̄ de plurib⁹ differētibus specie. ¶ Ex quo elicit̄ talis regula. q̄ ois predicatio de actu signato ꝯstituta ex secūdis intētionib⁹ debet excerceri in primis. ideo nō se-

quitur.genus predicaẛ de pluribus differenti
bus specie.ᵹ species est gen⁹.sed debꝫ predica
tio exerceri in primis intẽtionib⁹. vt dicendo
homo est aĩal.equus est aĩal. Tertia disti
ctio.diffinitũ capiẛ dupliciter.vno⁹ pro illo qđ
diffinitur siue pro illo qđ per diffinitõnẽ expli
caẛ.vel de quo diffinitio quiditatiue predicaẛ
et sic intẽtio scđa gñis est diffinitũ in predicta
diffinitiõe.Alio mõ capiẛ diffinitũ pro illo cui
actus diffinitionis attribuiẛ.siue pro illo ꝑ qđ
possũt exerceri act⁹significati in tali diffinitio
ne:et sic diffinitũ est prima intẽtio.¶ Dictũ est
istud.in predicta acceptione generꝭ logici cõsi
derati in ratione predicabilis diffiniẛ scđa in/
tẽtio.Patꝫ duplr̃.prĩo sic.quia illud diffinit lo
gic⁹qđ per se cõsiderat.sed logic⁹ per se cõside
rat intẽtionẽ secũdã et non rẽ subiectã vel ag
gregatũ ex re ⁊ intẽtione.ergo diffinitur intẽ/
tio scđa.Scđo sic.quia talis diffinitõ nõ datur
de prĩa intẽtione nec de aggregato ex prĩa ⁊ se
cũda.ergo solũ intentio secũda diffiniẛ.Prĩa
pars antecedẽtis patet duplr̃.primo.quia prĩa
intẽtio generis est res realis quã non per se cõ
siderat logic⁹.ergo neqꝫ diffinit.Secundo sic.
quia prime intẽtioni accidit predicari de plu/
ribus differẽtib⁹specie.ergo ⁊c̃.Scđa pars an
tecedẽtis patet.quia aggregatũ ex prima intẽ
tione et secũda est vnũ ens per accidens.ᵹ nõ
potest diffiniri.quia entis per accidẽs non est
diffinitio.¶ Ad rationes dubij dicitur ꝙ licet
secũda intentio generis predicatõne exercita
solũ prediceẛ de hac intẽtione vel illa q̃ solum
numero differunt.tamen actu signato predi/
catur de plurib⁹differentibus specie.Et vltra
dicitur ꝙ licet aliud est qđ diffinitur.et cui dif
finitio attribuitur.non oportet tamen ꝙ que/
libet pars diffinitionis predicetur de eo quod
diffinitur.¶ Ad secundã dicitur ꝙ ens primo
predicatur de differentibus genere:et nõ spe
cie.Secũdo dicitur ꝙ ens nõ predicaẛ ĩ quid
quia ad interrogationẽ factã per quid non cõ/
uenienter respõdeẛ ens.eo ꝙ questio quid est
supponit questionẽ si est.modo responsio ꝺ en
te est responsio ad questionẽ si est.Tertio dici
tur ꝙ illa de quib⁹ens predicaẛ in quid possũt
dupliciter cõsiderari.vno mõ per cõparatio/
nem ad suũ genus sub quo continentẛ.⁊ sic dif/
ferunt specie.Alio modo per cõparationeꝫ ad
ens.et sic non differũt specie.eo ꝙ entis ñ sũt
differẽtie per quas rõ entꝭ specie possit diuer/
sificari in illis que participant ens.

**Tertio** Dubitatur.vtrũ genus possit sal
uari in vnica specie.¶ Respõde
tur per vnã distinctionẽ.et tria dicta.Distictio
est hec.in genere sũt duo cõsideranda.primo
considerãda est quiditas vel essẽtia ipsius ge/
neris.vt aĩalitas.Scđo cõsiderãda est pote
stas generis que ẽ quedã relatio fundamẽtaꝉ
vel aptitudialis que diciẛ cõicabilitas.habẽs
pro fũdamẽto essentiã ipsius generis.et ꝑ ter
mino adequato habet species oppositas.⁊ ta/
lis potestas nõ distinguiẛ realiter ab ipsa essẽ
tia.eo ꝙ omnis respect⁹fũdamẽtalis vel apti
tudinalis formalis realiter idẽtificaẛ suo fun
damẽto.¶ Primũ dictũ est istud.tota essẽtia
generis potest saluari in vnica specie.quia essẽ
tia generis est simplex et indiuisibilis.ᵹ vbi ẽ
tota est.sed est in vnica specie.ergo tota potest
saluari in vnica specie.Scđm dictũ.tota pote
stas generis fũdamentaliter et subiectiue põt
saluari in vnica specie.patet.quia tota essẽtia
generis que est fundamẽtũ potestatis eius po
test saluari in vnica specie ergo etiã tota pote/
stas.tenet cõsequentia.quia vbicũqꝫ est fũda/
mentũ alicuius relatiõis ibi potest reperiri ali
qua relatio.Tertiũ dictũ.tota potestas gene/
ris cõpletiue et terminatiue non potest cõser
uari in vnica specie.patet.quia potestas gene
ris est quedã relatõ fũdamẽtalis vel aptitudi
nalis ipsius essẽtie termĩata ad species oppo/
sitas.ergo termĩatiue et cõpletiue nõ põt ser/
uari nisi in specieb⁹oppositis.Sed si quis vel
let capere potestatẽ pro partibus potestatꝭ.cu
iusmodi sũt due differentie opposite.tunc eui/
dens est ꝙ potestas generis necessario reqrit

**Ad rationes** Ante duas species.
oppositꝫ factas.¶ Ad
primã patuit solutio ex prĩo notabili.¶ Ad se/
cũdã diciẛ ꝙ illi plures denoĩati ab arte vꝉ sci
entia alicui⁹nõ dicũtur vnũ gen⁹eo ꝙ non ha/
bent adiuicẽ cognatõnẽ.¶ Ad tertiã patuit in
prĩo notabili ꝙ hoc verbũ videtur non capiẛ
priuatiue.sed capitur positiue.

**Queritur** Utrũ due diffi
nitiones date ꝺ
specie tã in rõne subicibilis q̃ĩ
ratione p̃dicabilis a porphirio
sint sufficienter assignate.¶ Ar
guiẛ prĩo cõtra primã.quia ge/
nus est diffinitũ per speciẽ.ergo male diffiniẛ


ſpecies per genus. ꝯña tenet. qꝛ impoſſibile eſt
circulo diffinire poſſe. ſicut eſt ĩpoſſibile circu
lo demonſtrare. vt habeẽ primo poſteriorum.
¶ Secũdo arguiẽ cõtra ſcđam diffinitionem.
quia cõuenit cuilibet predicabili. nã quodlibꝫ
ꝑdicabile eſt ſpecies vl'is, ergo cuilibet cõpetit
predicari đ pluribꝰ differẽtibus numero in eo
qđ qd. ¶ Tertio ſic argẽ. hic diffiniẽ ſecũda in
tentio ſicut priꝰ dictũ ẽ de gñe. ſed nulla ſecũ
da intẽtio predicaẽ in qd de re prime intẽtõis
cũ ſit accidẽs rei. ğ ſpecies nõ predicaẽ in quid
¶ In oppoſitũ tamẽ ẽ ariſto.

Primo Sciẽdũ eſt ꝙ pro declaratõne
terminoꝝ ponũtur quiꝗ diſtinctiões. Prĩa di
ſtinctio eſt hec. ſpecies capiẽ duplr̃. vnoº ꝑme
intẽtionaliter pro natura cõmunicabili pluri
bus differentibus numero. Alioº ſcđe intẽtio
naliter ſcꝫ pro reſpectu ꝑdicabilitat[ ] de pluri
bus differẽtibꝰ nũero cõcretiue ſignato a quo
quidẽ reſpectu talis natura diciẽ formaliẽ ſpe
cies. Scđa diſtinº: duplex eſt ſpecies. quedam
eſt ſpecies ſubalẽna. et talis facit ꝑdicabile ge
neris. Alia eſt ſpecies ſpẽaliſſima. q̃ facit ꝑdi
cabile ſpeciei. Tertia diſtinº: intentio gñis po
teſt dupliciter cõſiderari. vnoº vt ẽ qd. ideſt vt
eſt obiectũ per ſe termĩatiuũ actꝰ intellectus.
et ſic genꝰ nõ dicit reſpectũ ad ꝑmã intẽtionẽ
ſed ſolũ dicit habitudinẽ eiꝰ ad ſcđas intẽtões
inferiores ad hãc intẽtionẽ gñis. et ad hãc. de
quibꝰ hec intentio genus ꝑdicaẽ tãꝗ de diffe
rentibus numero in quid. cũ ipſa ſit ſpẽs vl'is
Alio mõ poteſt capi hec intẽtio genꝰ vt eſt mo
dus ſiue ratio ĩtelligẽdi ꝑmã intẽtionẽ. ⁊ ſic ip
ſa eſt accñs predicatiõe exercita ꝑdicabile de
noĩatiue de prĩa ĩtẽtiõe. licet tñ eadẽ intẽtio ꝑ
dicatione ſignata ſit predicabilis in qd de plu
ribus differẽtibꝰ ſpecie. Quarta diſtinº: intẽtio
ſecũda cuiuſlibꝫ predicabilis põt duplr̃ ꝯpara
ri. vnoº poteſt ꝯparari ad actũ intellectꝰ quem
per ſe termĩat. ⁊ iſtoº eſt quid. nec ſibi vt ſic cõ
petit ꝓprie ſignata ꝑdicatio: ſed tãtũ predica
tio exercita de ſcđis intẽtionibꝰ inferioribꝰ ad
ipſã. Alio mõ poteſt cõparari ad rẽ ſubiectã ſi
ue ad ꝑmã intẽtionẽ quã denoĩat. et ſic voca
tur modus. ⁊ etiã vt ſic ſibi cõuenit ꝑdicatõne
excercita predicari per accidẽs et denoĩatiue
de prĩa intẽtiõe. licet predicatiõe ſignata poſ
ſit predicari per ſe et in qd. Quĩta diſtinº: ſubi
cibile ⁊ predicabile capiũtur duplr̃. vnoº ſecũ
de intẽtionaliter. et ſic ſũt oppoſita relatiue. ⁊
poſſũt eidẽ ineſſe reſpectu diuerſoꝝ. Alio mõ
capiũtur ꝑme ĩtẽtionaliter. et ſic nõ ſũt oppo
ſita. imo predicantur de ſe inuicem.

Secundo Sciẽdũ ꝙ 2m capitulũ ĩ quo
deẽmiat porphiriꝰ de ꝑdica
bili ſpeciei diuidiẽ in q̃ttuor partes. In prima
parte intẽdit qnꝗ cõcluſiões. ¶ Quaꝝ priam
tetigit in caplõ de gñe. et eſt h. ſpecies dicitur
equoce. cuiꝰ inuit talẽ rationeꝫ. qꝛ ſpẽs habet
plures acceptiões ſiue plura ſignificata. ergo
ſpẽs diciẽ equoce. Añs declarat ponẽdo duas
acceptiões ſpeciei. ¶ Quaꝝ prĩa ẽ hec. ſpẽs eſt
vniuſcuiuſꝗ forma. capiẽdo formã nõ pro for
ma informãte. ſed vt tãtũ valet ſicẽ pulcritudo
vel formoſitas. ſicut ſpẽs priami. i. pulcritudo
dicebaẽ eſſe digna ĩperio. Scđa acceptio ſpeci
ei eſt hec. ſpẽs ẽ que poniẽ ſub aſſignato gene
re. Probaẽ tribꝰ exẽplis. nã hõ ẽ ſpecies aĩma
lis. ⁊ albũ. i. albedo ẽ ſpẽs coloris. Et ſimiliter
triãgl's ẽ ſpẽs figure. ¶ Scđa ꝯº: ſcđa acceptio
ſpeciei q̃ a logico diciẽ ẽ ſufficiẽs. patꝫ qꝛ ĩ diffi
nitiõe gñis priꝰ data põebaẽ ſpẽs. ergo in diffi
nitiõe ſpeciei debet poni genꝰ. tenet cõſequen
tia. qꝛ in diffinitiõe cuiuſlibet relatiui debꝫ po
ni ſuũ ꝓpriũ correlatiuũ. ſaltẽ vbi ẽminꝰ depẽ
dẽtie relatiui ẽ ignotꝰ. ſꝫ genꝰ relatiue diciẽ ad
ſpeciẽ et ecõtra. ergo nũc bene diffiniẽ ſpecies
per genꝰ. ſicut prius genus diffiniebaẽ per ſpe
ciẽ. ¶ Tertia cõcluſio tãgit cõplemẽtũ ſecun
de acceptionis ſpeciei prius date. et eſt h. ſpe
cies eſt q̃ poniẽ ſub aſſignato genere. et đ quo
genus in eo qđ quid predicaẽ. Uerũtamẽ di
cũt quidã ꝙ in hoc tangũtur due diffinitiões
ſpeciei. alij vero dicunt ꝙ illa clauſula. et de
qua genꝰ. ⁊c̃. non eſt diffinitio ſpeciei ſed ꝙ eſt
quedã declaratio prioris diffinitionis. ⁊ ita di
cunt ꝙ hec ꝯiũctio copulatiua ⁊: non tenetur
ibi copulatiue. ſed expoſitorie: vt tantũ valet
ſicut ideſt. vt ſit ſẽſus. ſpecies eſt que ponitur
ſub aſſignato genere. et pro ideſt: et de qua ge
nus in eo qđ quid predicatur. ¶ Quarta ꝯclu
ſio tangit diffinitionẽ ſpeciei in ratione predi
cabilis. et eſt hec. ſpecies eſt que de pluribus
differentibus numero in eo qđ quid predicaẽ.
¶ Quinta ꝯcluſio cõparat tertiã diffinitioneꝫ
ad duas ꝑdictas. et eſt hec. tertia diffinitõ ſpe
ciei ſolum cõuenit ſpeciei ſpecialiſſime que ſo
lum eſt ſpecies et non genus. ſed alie due diffi
nitiones cõueniunt tam ſpeciei ſpecialiſſime
ꝗ̃ ſpeciei ſubalterne que etiã eſt genus.

Tertio Sciēdū ē qꝫ ī hac scd̄a pte itēdit porphiri⁹ ōclarare pⁱmā diffionē speciei superi⁹ datā in q̄ dicebaẗ. spēs ē q̄ ponitur sub assignato gn̄e. ꝛ ptꝫ duas pticlas. in qꝫ pⁱa tāgit q̄ttuor ɔcl'oes. ¶ Pⁱa q̄ ē pncipalis hui⁹ scd̄e pt̄ ē h̄. p̄dicta pⁱa diffio spēi ē sufficienẗ assignata. p̄ q̄ itēdit talē rōnē. q꞉ p̄dctā diffinitio daẗ ad exp̄mēdū bitudinē spēi ad gen⁹ sꝫ bitudo spēi ad gen⁹ ē ipsā eē sub gn̄e. mō ita ē qꝫ spēs ē sub gn̄e. ḡ dicta diffio q̄ dicit specieꝫ esse sub gn̄e ɔueniēter explicat bitudinē ipsi⁹ spēi ad suū gen⁹. ꝛ p̄ ɔn̄s est bōa. qꝫ aūt spēs sit sub gn̄e ꝑbat porphiri⁹. q꞉ i vnoq̄qꝫ p̄dicamēto ē vnū supmū qd̄ ē gen⁹ qd̄ n̄ ē spēs. ꝛ sūt aliq̄ īferiora q̄ sic sūt spēs qꝫ nō gn̄a. ꝛ illa īferiō vocaẗ spēs spēalissime. iter aūt spēalissima ꝛ gn̄alissima sūt aliq̄ itermedia q̄ p̄ habitudinē ad īferiō sūt gn̄a. ꝛ p̄ bitudinē ad supiō sūt spēs. ꝛ spēs eo dr̄ spēs qꝫ habet gen⁹ supra se. ꝛ p̄ ɔn̄s ita est qꝫ spēs ē sub gn̄e. an̄s hui⁹ ꝓsilli declāt porphiri⁹ p̄ exēplū. Nā ī p̄dicamēto sub̄e ī supmo situ poniẗ sub̄a: sub q̄ poiẗ corp⁹. sub corpe corp⁹ aiatū. sub q̄ poniẗ aial. sub aiali poiẗ aial rōale sub q̄ poniẗ hō. sub hoie ponūẗ ididua. sicut sortes ꝛ plato. et alij particulares hoies.

¶ Ista tibi plana: facit arbor porphiriana.




¶ Secunda conclusio est hec. predictū exemplum tangit coordinationē predicamentalē. Probatur sic. quia in vnoquoqꝫ predicamēto seu coordinatione predicamētali sunt genera generalissima. specialissima ꝛ intermedia. ista eni tanguntur in predicto exēplo. igitur cōuenienter explicat coordinationē predicamētalē. mior patet. quia substantia est genus generalissimū. cū solū sit genus et non species. homo vero est specialissimū. cū sit species et non genus. sed corpus respectu substantie est species. respectu vero corporis aimati est genus. corpus vero animatū est species corporis. et ē genus animalis. animal vero est species corporis animati. et est genus aimalis rationalis. aīmal rationale est species aimalis. et est genus hominis. homo vero est species animalis rationalis. non autem est genus particulariū hominū. sed solum est species illoꝝ. ¶ Tertia cōclusio. in predicta coordinatione predicamentali homo est species specialissima. Probatur quia substantia eo qꝫ nullū genus habet supra se vocatur genus generalissimuꝫ. homo vero post se non habet aliquā aliam speciem inferiorem sub se: nec aliquod aliud cōmune quod vlterius possit in differentias diuidi. sed soluꝫ habet sub se indiuidua. vt sortem. platonē. socratem. et sic de oibus alijs particularib⁹ hominib⁹. igitur homo est species specialissima. tenet consequentia per locum a simili. quia sicut substātia est genus generalissimū propter negationē superiorum scꝫ quia nō habet gen⁹ supra se. ita etiā homo debet dici species specialissima propter negationē inferioꝝ quia scilicet non habet sub se aliqd̄ cōmune quod per differentias diuidi possit. ꝛ intermedia cū habeant superiora et inferiora: ideo dicuntur genera et species. ¶ Ex quibus inferuntur duo correlaria. Quorū primū est. cuiuscunqꝫ predicamenti seu coordinationis predicamentalis intermedia habēt duas habitudines. scilicet habitudinē que est ad sua superiora secunduꝫ quam habitudinē dicuntur esse species illorū superiorum. habent etiam habitudinē ad sua inferiora secundū quam habitudinem dicuntur esse genera illorum inferioꝝ. Secūdū correlariū. Extrema habent tantū vnam habitudinē. Patet. quia generalissimū habet habitudinē ad sua inferiora. cum ipsuꝫ sit genus omniū. non autē habet habitudinē ad superiora.

cũ sit supremũ ⁊ p̄ncipiũ oĩuꝫ. Silr̃ spālissimũ hꝫ hitudinē ad sua superiora respectu quorũ ē spālissimũ. Sꝫ non hꝫ hitudinē ad iferiora. Sꝫ dr̃ spēs idiuiduoꝝ velut ea continens. dr̃ etiā spēs spālissima superioꝝ q2 ab eis ꝯtinet̃ ¶ 4ª ꝯclusio tangit tria correlaria: quoꝝ primũ ꝯtinet duas descriptiones. Quaꝝ p̄ma est generalissimum est quod cũ sit genus nõ est spēs. Scđa descriptio generalissimũ ē sup q̄d nõ est aliud genus supueniēs. ¶ 2ᵐ correlariũ tāgit tres descriptões. Prima ē. spālissimum est q̄d cum sit spēs nunq̄ꝫ diuidit̃ i spēs. Scđa ē ꝙ cum sit spēs nõ ē genus. Tertia ē. spālissimũ est q̄d de pl̃ibus differētibus numero i eo ꝙ qd p̄dicat̃. Et sic pꝫ ꝙ de spē sũt quiqꝫ diffinitões quaꝝ due p̄me q̄ date sunt versus finē ꝯueniũt tā spēi spālissime q̄ꝫ s̄balterne. Tres vero vltime nup date tm̄ ꝯueniũt spēi spālissime. ¶ 3ᵐ correlariũ tangit vnā descriptionē intermediorũ. intermedia sunt genera ⁊ spēs ad aliud ⁊ ad aliud sumpta. Genera dico subalterna ⁊ non genera generalissima.

Conclusio Rñsalis. diffinitiões spēi date de spē tā i ratõe subyicibilis q̄ꝫ i ratione p̄dicabilis sunt a porphirio sufficiēter assignate. Patet satis ex dictis. Et lꝫ subyicibile ⁊ p̄dicabile sũpta 2ᵉ itentionalr̃ opposite relatiue ad īuicē ñ possint verificari de eodem respectu eiusdeꝫ: tamē possunt verificari respectu diuersorum.

Primo dubitat̃. Utrũ respectu deceꝫ coordinationuꝫ p̄dicamentaliũ sit aliq̄d genus de ipsis in qd dicibile. Pro dubio supponit̃ ꝙ porphirius i hac 2ª particula declarat coordinationē p̄dicamentalem ꝑ sil̃e ad ordinē nālem ⁊ itēdit quatuor ꝯclusiones. Quaꝝ p̄ma ē hec p̄dicta coordinatio p̄dicamētalis i qua dicebat̃ ꝙ i vnoquoqꝫ p̄dicamēto sũt aliqua generalissima spālissima ⁊ itermedia ē conueniēter posita. Probat q2 sicut ē i coordinationibus ciuilibus ita est i logicalibus. Sꝫ i ciuilibus vt i lignea ꝯsanguineitatis ē aliquis qui tm̄ est pater ita ꝙ non ē filius: sicut iuppiter. ⁊ aliquis qui tm̄ ē filius ⁊ nõ pater sicut agamēnõ. Aly aũt sunt qui respectu diuersoꝝ sunt patres ⁊ fily. sicut atrides ⁊ pelopides ⁊ tātalides. ¶ Secũda ꝯclõ. Coordinatio in logica differt a coordinatiõe ciuili. pꝫ q2 i coordinationibus ciuilibus plures coordinatões reducunt̃ ad vnũ p̄mũ paᵐ vbi grā ad iouē. sꝫ in generib⁹. i. coordinatõib⁹ p̄dicamētalibus pl̃es coordiatões nõ pñt reduci ad vnũ p̄mũ genus. ḡ ad inuicē differũt 2ª pars añtis ꝓbat̃ tribus rõibus: quaꝝ p̄ma est hec. si decē p̄dicamēta reducerēt̃ ad aliq̄d coē genus illud maxime eēt ens. sꝫ hoc nõ. neqꝫ eiꝫ est coē genus oĩuꝫ: neqꝫ oĩa sunt eiusdeꝫ generis s̄m vnũ supremũ genus queadmoᵐ dicit Aristo. Secũda rõ. nihil ē prius primo. sꝫ decē p̄dicamēta sunt posita p̄ma in p̄dicamētis vt genera generalissima. ḡ nihil ē p̄us eis. Tertia rõ. oē gen⁹ dr̃ vniuoce d̄ his respcũ quoꝝ est genus. sꝫ ens nõ dicit̃ vniuoce sꝫ equiuoce de decē p̄dicamētis. ḡ ⁊c̃. minor pꝫ. q2 p̄dicari vniuoce ē p̄dicari vno noīe ⁊ rõne. sed ens non predicat̃ de deceꝫ p̄dicamētis scđm nomē ⁊ scđm rõnē. nā decē sunt p̄ncipia coīa scđꝫ nomē solũ ⁊ nõ scđꝫ rõeꝫ diffinitõis que scđꝫ nomē ē. Scđa pars minoris pꝫ ꝙ ens p̄dicet̃ equiuoce. q2 siquis oīa vocet entia equiuoce inquit ea nũcupabit ⁊ nõ vniuoce. Ex h̄ satis pꝫ ꝙ de intētione porphyry ens est equiuocũ ad decē p̄dicamēta. ¶ Tertia ꝯclõ tāgit numeꝝ gnālissimoꝝ spālissimoꝝ ⁊ indiuiduoꝝ. ⁊ hec ē. decē sunt gnālissima: sꝫ spālissima sunt in numero quodā certo scđꝫ nām: nõ tñ indefinito. i. certo quo ad nos. Indiuidua āt que sunt post spālissima ifinita sunt. ¶ Quarta ꝯclõ tāgit duo correlaria. Primũ ē. Descēdēte a gnālissimis ad spālissima iubet plato quiescere in spālissimis. ꝓbat̃ duabus rõib⁹ quaꝝ prima ē hec. descēsus fit diuidendo ꝯē ꝑ dr̃ias specificas. sꝫ spēs spālissime non hñt dr̃ias specificas in quas possint diuidi. ḡ in ea est status. Scđa rõ. ꝓcessus diuisiuus ē sciētificus. sꝫ indiuidua relinquēda sunt ab arte quia sunt infinita ⁊ ꝯfusa. ⁊ de infinito nõ est sciētia. ḡ diuidēdo terminũ standũ ē in specie spālissima. ¶ Scđꝫ correlariũ. descēdētibus a gnālissimis necesse est per multitudinē ire. Ascēdētib⁹ vero a spālissimis ad gnālissima necesse est colligere multitudinē. Istud correlariũ tātũ valet ac si diceret̃ ꝙ ascēsus dꝫ fieri per collectionē multoꝝ in vnũ: ⁊ descensus debet fieri per diuisionē vnius in multa. Prima pars pꝫ. q2 ascēsus fit a singularibus ad coē. sꝫ oē coē est collectiuũ. ḡ ascensus fit per collectionē multoꝝ i vnũ. minor pꝫ. quia collectiuũ multoꝝ ē vna spēs in vna. nam et genus magis est collectiuum q̄ꝫ spēs. Prima

ps p3. qꝛ partitione spẽi plꝛes hoies sunt vnus homo. Scḋa pars correlarij p3. qꝛ descensus fit a coi ad singularia ꝛ inferiora. mõ singlaria semꝑ sũt diuisiua illius quod ẽ coẽ. g̃ dscẽsus fit per diuisionẽ. minor p3. qꝛ vnus hõ. s. cois ↄsiderat⁹ i vnitate specifica ẽ plꝛes. i. plꝛificaṫ i particularib⁹. vñ ex ista parte text⁹ cõiter eli ciũt sex ꝑpões. Prima ẽ ꝙ spẽs ẽ collectiua multoꝝ in vnã naturã. Scḋa ẽ ꝙ gen⁹ ẽ ma gis collectiuũ q̃ꝫ spẽs. Tertia. particularia ꝛ indiuidua semꝑ diuidunt in multitudinez id quod ẽ vnũ. Quarta. participatõe spẽi plures hoies sũt vn⁹ hõ. Quĩta. particlarib⁹ aũt vn⁹ ꝛ cois plꝛes. Sexta. particulare ꝛ singulare sp ẽ diuisiuũ. coẽ ãt ẽ collectiuũ sp ꝛ adunatiuũ.

Secũdo Dubitaṫ. Utruz spẽs tm̃ nata sit ꝑdicari de indiuiduis. Pro solõne supponiṫ ꝙ i tertia parte huius caplĩ i tẽdit porphyrius declarare scḋaz ꝛ tertiã dif finitões spẽi. ꝛ itẽdit tres ↄclões. quaꝝ ꝑma ẽ epilogatiua ꝑdcõꝝ. ꝛ ẽ hec. Assignato. i. ostẽ so qd sit genus. qd sit spẽs: ꝛ ꝙ est vnũ gnãlĩ^m. spẽs aũt spãlissima mlte: eo ꝙ diuisio generis sp ẽ i plꝛes spẽs. nunc videdũ qualr̃ se h3 gen⁹ ad spẽm: ꝛ spẽs ad indiuidua. ¶ Secũda ↄclo Secũda diffinitio spẽi in qua dicebaṫ. spẽs ẽ de qua genus in eo qḋ qd ꝑdicaṫ: est rationa bilr̃ posita. p3. qꝛ generi ↄpetit ꝑdicari de spẽ: ꝛ ñ ecõtra spẽs h3 ꝑdicari ḋ genere. g̃ ꝛcetera. Añs p3. qꝛ oẽ qḋ ꝑdicaṫ aut ẽ equale. aut supe rius respcũ illius de quo ꝑdicaṫ. s3 genus ẽ su perius ad spẽz. ergo ꝑdicaṫ de spẽ. spẽs ãt nec ẽ equalis nec superior ad genus. iõ nõ ꝑdicaṫ de gñe. maior h⁹ silli p3. qꝛ o3 equa de eqs ꝑdi cari. i. ↄuertibile de ↄuertibili. vt hinibile de equo. Aut maiora de minoribus. i. superiora de inferiorib⁹. vt aĩal de hoie. minora vero de maioribus minime: hoc ẽ ꝙ inferiora nõ ꝑdi canṫ de superioribus. nõ. n. dicimus aĩal ho minẽ eẽ queadmodũ dicimus hoiem eẽ aĩal. ¶ Tertia ↄclusio: tertia diffinitio spẽi in qua dicebaṫ. spẽs ẽ qḋ de pluribus ꝛ drñtibus nu mero in eo qḋ quid ꝑdicaṫ. ẽ sufficiens. p3. qꝛ oĩa superiora ꝑdicãt in quid de suis inferiori bus. s3 spẽs sub se non h3 inferiora nisi indiui dua que drñt numero. ergo bñ dictũ ẽ ꝙ spẽs ꝑdicaṫ de pluribus differẽtibus numero i eo qḋ quid. maior p3. qꝛ de his de qbus spẽs pre dicaṫ de his necessario ꝑdicaṫ genus illi⁹ spẽi ꝛ etiã genus illius generis. ꝛ sic ascẽdẽdo vs3 ad gñalissima. vt si ista ẽ va. Aristoteles est hõ ꝛ ista. hõ ẽ aĩal. ꝛ etiã ista. aĩal ẽ subã. sequitur etiã ꝙ iste erũt ve. socrates ẽ aĩal. ꝛ socrates ẽ subã. Ex quo p3 ꝙ gñalissimũ ꝑdicatur in qd de oibus generibus subalternis spẽbus ꝛ idi uiduis sub se positis. s3 gen⁹ qḋ est spẽs. i. sub alternũ ꝑdicaṫ de oib⁹ spãlissimis ꝛ indiuidu is. s3 spẽs solũ ꝑdicatur de indiuiduis. Tunc dicitur ad dubiũ ꝙ l3 spẽs nata sit ꝑdicari ꝑ dicatione indirecta de suo genere. vel etiam predicatione conuertibili vel de proprio vel drã sua ↄstitutiua: tñ predicatione directa fun data super ordine participantis ad participa tum nata est solum predicari de indiuiduis.

Tertio Dubitatur. Utrũ eadẽ spẽs pos sit eẽ totũ ꝛ pars. Pro dubio sup ponitur ꝙ Aristo. i quarta parte huius capi tuli declarat de indiuiduo. ꝛ intẽdit quatuor ↄclõnes. Prima tãgit ꝑmã diffinitõez ididui que est. Indiuiduũ est quod de vno solo ꝑdicaṫ P3 quatuor exẽplis. qꝛ socrates ẽ ididuũ ꝛ ꝑ dicaṫ solũ de seipso. ꝛ similr̃ hoc albũ. hoc vi niens. ꝛ suffronici filius si solus sit ei filius ꝛc. ¶ Secũda ↄclo tãgit secũdã diffinitõez idiui dui que ẽ. Indiuiduũ ẽ qḋ ↄstituiṫ ex quibus dã ꝑprietatibus: quaꝝ collectio nũq̃ꝫ reperiṫ eadẽ i aliquo particulari. vt ꝑprietates socra tis nũq̃ꝫ erũt eedẽ in quolibet alioꝝ particu lariũ. ¶ Tertia ↄclusio tãgit driaz inter ꝑpri etates spẽi ꝛ indidui. qꝛ ꝑprietates hois i coi erũt eedẽ i pluribus. s. i oibus particularibus sed ꝑprietates ididui nũq̃ꝫ sunt eedẽ in pluri bus. ¶ 4ª ↄclusio tangit driaz iter gen⁹. spẽm ꝛ ididuũ. et est hec. genus est quoddã totum. sed indiuiduũ est pars spẽi. spẽs vo est pars re spectu generis ꝛ totum respectu idiuiduoꝝ. ꝛ hoc itelligiṫ de toto vlĩ ꝛ parte subiectiua. Ex quo ↄcludit ꝙ idiuiduũ ↄtineṫ sub spẽ ꝛ spẽs sub genere. Et ↄsequẽter recapitlat q̃cũq̃ꝫ di cta sunt de genere specie ꝛ indiuiduo.

Ad rationes Añ oppositũ ad ꝑmaz dr̃ ꝙ genus ꝛ spẽs sũt relatiue opposita iõ ꝑ se mutuo diffiniri pos sunt sicut latius patebit i predicamẽtis capl tulo de ad aliqd. ¶ Ad scḋaz dr̃ ꝙ l3 ꝑdicabi le sũptũ vt qd sit spẽs capiẽdo spẽz vt modus si tñ capiaṫ quodlibet predicabile vt mõus ꝛ etiã spẽs vt modus tũc illa q̃tuor ꝑdicabilia nõ sũt spẽs. ¶ Ad tertiã dr̃ ꝙ l3 scḋa itẽtio sũ pta vt qd solũ ꝑdiceṫ ꝑdicatõe exercita ḋ suis

per ſe inferioribus tamẽ predicatione ſigna-
ta põt predicari in quid de prima intentione.



Queritur vtrum differentia ſit vnum p̄dicabile ab alijs diſtinctũ. ¶ Arguitur primo ꝙ non quia oẽ q̃d p̄dicatur dic̃ totũ eẽ illius de q° predicatur. ſed differentia non dicit totum eẽ ſpeciei de qua predicatur ſʒ ſolum partẽ. g̊ ⁊c̃. ¶ Sc̃do ſic forma nõ p̄dicaẗ in q̃d p̄dicatione dicente hoc ẽ hoc de ſuo toto. Sed dr̃a eſt forma ſpẽi vt dicitur in textu g̊ non predicatur de ſpecie predicatiõe dicente. hoc ẽ hoc. ⁊ per ꝯñs non erit predicabile. ¶ Arguiẗ 3° ꝙ non ſit diſtinctũ ab alijs. quia vel igitur ſeipſa diſtinguitur ab alijs vel non Non primuʒ quia nihil hñs conceptum reſolubilem diſtinguitur ſeipſo ab alijs a quibus dr̃t. Sed differentia cum ſit ſpẽs vniuerſaliſ hʒ ꝯceptũ reſolubilẽ. igitur ſeipſa nõ põt ab alijs predicabilib⁹ diſtingui. nec ẽ dãdũ ſecũduʒ. quia ſi dr̃a nõ diſtinguatur ſe ipſa ab alijs predicabilibus tunc ſeq̃tur ꝙ diſtingueretur ab alijs per aliam differẽtiam. ſed hoc nõ quia differentie nõ eſt differentia. alias eſſet proceſſus in infinitum quare relinquitur ꝙ differentia non erit predicabile ab alijs diſtictum. In oppoſitum eſt porphirius.

Primo notãdum ẽ ꝙ pro ĩtellectu q̃ſiti ponũtur q̃nq; diſtictiones. Prima eſt hec. differentia capitur dupliciẗ. Uno mõ capitur pluraliter ⁊ adiectie. ⁊ tũc dr̃a ſunt illa q̃cunq; ĩ aliquo cõi cõueniũt. ⁊ ĩ aliq uo ſpãli dr̃nt. Alio modo capitur ſingulariter ⁊ ſubſtãtiue. ⁊ ſic capiẗ ĩ ꝓpoſito. ¶ Secũda diſtictio. Dr̃a ſubſtãtiue ſũpta põt capi dupliciter. vno° p̄ͤ ĩtẽtionaliter. videlicet ꝓ nã cõtractiua quiditatiſ generice ⁊ ꝯſtitutia ſpẽi ſub genere. Alio mõ capiẗ ſcd̃e ĩtentiõaliter vʒ ꝓ reſpectu cãto ĩ ipſa natura ꝑ actuʒ ĩtellectus ꝯꝑantl eã ad nãm genericã quã diuidit ⁊ ad nãm ſpecificã quã ꝯſtituit. ⁊ ſic capitur ĩ ꝓpoſito. ¶ Tertia diſtictio dr̃a ſũpta p̄ie ĩtentõnaliter põt dupliciter cõſiderari. vno° ĩ abſtracto ⁊ ſic nõ p̄dicaẗ de ſpẽ ĩ recto p̄dicatõe dicẽte. h° eſt hoc. cum ſit pars eius. Alio modo põt conſiderari ĩ concreto ⁊ ſic p̄dicatur de ſpecie predicatione dicente. hoc eſt hoc. vt hec eſt vera homo eſt rationalis. ¶ Quarta diſtinctio. forma poteſt capi dupliciter. Uno modo pro quadam entitate actuali educibili de potentia materie totius compoſiti cuiuſ talis forma eſt pars. Et ſic differentia non eſt forma ſpẽi. Sc̃do mõ capitur forma methaphiſicaliẗ pro omni quiditate cõicabili. ⁊ ſic tam ſpecies q̃ genus ⁊ differentie dicenẗ forme quedã. 3° capitur forma ꝓ q̃ditate cõicabili de ſe contractia alterius quiditatis ex cuius contractione reſultat tertia entitas ex nã rei diſticta ab vtraq; illaꝝ quiditatum. ⁊ ſic genus dicitur mã ſpeciei. ⁊ differentia dicitur ei⁹ forma. ¶ Quita diſtinctio. dr̃a ſumpta ſecũde ĩtentionaliter poteſt capi dupliciter. vno mõ vt q̃d. ⁊ ſic ẽ ſpẽs vniuerſalis. ⁊ hʒ differentiaʒ per quã diſtinguiẗ ab alijs. ⁊ talis differentia ẽ p̄dicari in q̃le. vt inferi⁹ patebit. Alio modo poteſt conſiderari vt modus. ⁊ ſic dr̃a non ẽ ſpẽs. Sed ẽ p̄dicabile diſtinctuʒ a ſpẽ: ⁊ ſic non hẽt differentiã. nec per ꝯſeq̃ẽs diffinitionẽ quiditiuã.

Secundo ẽ notandũ ꝙ ſcd̃m capitulum in quo porphirius determinat de tertio p̄dicabili q̃d ẽ dr̃a continet duas ꝑtes. ¶ In prima ponit diuerſas acceptiones dr̃e: ⁊ intendit decem cõcluſiones. Quarum prima tãgit primã diõnẽ differentie trimembrẽ. ⁊ hec ẽ. dr̃aruʒ alia ẽ cõis cõiter dicta. Alia ẽ ꝓprie dicta. 3ª ẽ magis ꝓprie dicta ¶ Secũda cõcluſio. dr̃a cõis ẽ qua alterũ differt ab altero alteritate quadam quocunq; mõ vel a ſe vel ab alio. patet tribus exẽplis. Pri^m ex^m ſortes dr̃t a plõe alteritate quadaʒ .i. aliqua dr̃a. ſcd̃ʒ exẽplũ. ſor. puer differt a ſe ipſo iam viro. Tertiũ exemplũ. ſortes q̃eſcẽs differt a ſeipõ faciẽte aliq̃d. ¶ Tertia ꝯcluſio differentia ꝓpria ẽ qua alterũ differt ab altero in ſeꝑabili accidente. pʒ tribus exẽplis vt naſi curuitas cecitaſ oculoꝝ. cicatrix cũ ex vulnere ocaluerit. i. ĩdurauerit. ¶ Quarta ꝯcluſio. dr̃a magl ꝓp̄a eſt qua alteꝝ dr̃t ab altero dr̃a ſpecifica: queẽadmodũ hõ dr̃t ab eq̊ dr̃a ſpecifica puta rationali qualitate ⁊ ex his infert vnum correlarium ſcilicet ꝙ oĩs dr̃a vniuerſaliẗ cuilibʒ adueniẽs fac̃ alteratũ. Cuius rõ põt eẽ talis extra textũ. q̃ oĩs dr̃a fac̃ differre. Sed illud ꝙ differt eſt alteratum ab eo a quo differt. igitur omnis differentia fac̃ alteratum licet diuerſimode quia differẽtia cõis ⁊ ꝓpria faciunt alteratum ſolum: ſʒ dr̃a magl ꝓp̄a cũ hoc ꝙ facit alteratũ fac̃ ẽe aliud

¶ Quinta cõclusio tangit secũdam diõnem q̃
ē hec drãꝝ quedã faciunt alteratũ.i.differre
accñalr̃. Alie vero faciũt differre eẽntialiter
¶ Sexta cõclusio tãgit duas differentias iter
mẽbra diõnis ꝑdicte. Quaꝝ pria ē ħ dr̃e faciẽ
tes aliud vocãtur specifice differentie vt rõa
le adueniens animali facit aliud scilicꝫ speciẽ
animalis. Sed differentie facientes altera-
tum vocantur differẽtie simpliciter sicut mo
ueri ⁊ quiescere faciunt alteratum solũ. Se-
cunda diuisio quia scđm drias faciẽtes aliud
fiunt diuisiones generũ in spẽs. ⁊ ꝯponũt diffi
nitões spẽrũ.n ĩ diffinitio ꝯstituit̃ ex genere ⁊
hꝫ differẽtῇs.sꝫ scđꝫ drias faciẽtes alteratuꝫ
solũ sola alteratio ꝯsistit.i.distinctio accñtalis
⁊ aliquo mõ se hñdi permutatio. ¶ Septima
ꝯclo tangit tertiã diuisionẽ drie que ē secũda
principalis ⁊ ē hec. driaꝝ quedã sũt seꝑabiles:
vt egrũ eẽ.sanũ eẽ: ⁊ sic de alῇs. Alie sunt inse-
parabiles.vt eẽ agluꝫ eẽ simũ. eẽ rõnale: esse
irrõnale. ¶ Octaua ꝯclo tãgit quartã diuisiõeꝫ
que est hec. Driaꝝ inseparabiliũ alie sunt ꝑ se.
vt mortale rõnale ⁊c. Alie sunt inseparablẽs
per accñs. vt aquilũ eẽ simũ esse sunt drie in
seꝑabiles que tamẽ insunt per accidẽs ⁊ non
ꝑ se. ¶ Nona cõlusio tãgit duas drãs int̃ dif-
ferentiaꝫ per se ⁊ drãs ꝑ accidẽs. Quarũ pria
ē hec drie qꝛ ꝑ se ponũt̃ in diffinitõe eẽntialis
rei. ⁊ faciũt differre eẽntialiter. Sed dr̃e ꝑ ac
cidens nõ accipiũtur in rõne subẽ. nec faciũt
aliud sed alteratum solũ. Scđa drã qꝛ dr̃e ꝑ
se non suscipiunt magis neqꝫ min⁹. Dr̃e vero
per accidens siue sint seꝑabiles siue inseꝑabi
les intensionẽ ⁊ remissionẽ recipiũt. prima ꝑs
pꝫ qꝛ gen⁹ ⁊ drã non pñt s̃m magl ⁊ minus pre
dicari de illis de quibus ꝑdicãtur. g̃ non susci
piunt magis ⁊ minus. Añs pꝫ quia dr̃e per se
sunt ille q̃ complent rõem vniuscuiusqꝫ spẽi.
mõ eẽ cuiuslibet spẽi ē vnũ ⁊ idẽ neqꝫ intensi
onẽ neqꝫ remissonẽ suscipiẽs. ꝙ aũt dr̃e ꝑ acci
dens suscipiant magis ⁊ minus. ꝓbat̃. qꝛ aqui
lum eẽ vel simuꝫ esse vel coloratũ aliquomõ
intenditur vel remittitur. ¶ Decima cõclusio
tangit q̃ntam diõnẽ dr̃e. ⁊ est hec. drãꝝ per se
alie sũt s̃ꝫ quas diuidim⁹ genera in spẽs. alie
sunt s̃ꝫ quas ea que diũa sũt specificãtur. idest
drãꝝ. Alie sũt diũiue generũ. Alie sũt ꝯstituti
ue spẽꝝ sicut illa drã q̃ est aĩatum ⁊ sensibile
sunt diuisiue ⁊ ẽt cõstitutiue subẽ.i. diffiniti-
onis aĩalis. Est enim aĩal subẽa aĩata sensibilis.

sed iste dr̃e que sunt mortale imortale rõnale
irrationale sunt dr̃e diuisiue aĩalis cum ꝑ eas
diuidat̃ aĩal in suas spẽs. Ex quo pꝫ ꝙ eedem
dr̃e sũt diũiue ⁊ ꝯstitutie. Naꝫ respcũ generis
qđ diũdunt vocãtur diũiue ⁊ ille eedẽ respectu
spẽꝝ quas constituũt vocantur ꝯstitutiue. Ex
q̃bus concludit porphiri⁹ ꝙ in isto caplo ma-
xime intẽditur de drῇs specificis. quia vt pa-
tuit in ꝓemio huius. iste liber ordinatur ma-
xime ad diões ⁊ ad diffinitõnes. sed differen
tῇs specificis maxime opus ē ad disiones ge-
nerum ⁊ ad diffinitiones. Nõ aũt op⁹ ē drῇs ꝑ
accidens. igitur potissime in isto libro intelli-
gitur de differentῇs specificis.

Tertio notandum ē. ꝙ circa hunc textũ
icidũt tres difficultates. Quaꝝ
ꝑma ē hec. vtꝝ idẽ possit dici drã ⁊ accidẽs cũ
tamẽ sint ꝑdicabilia disticta. Rñdetur ꝙ idẽ
sub diuersis hitudinibus põt dici drã ⁊ acci-
dens. Nam idẽ cõsideratũ sub hitudine inhe
sionis ad subm absolute dr̃ accidẽs. ipm vero
ꝯsideratũ sub hitudie ꝑncipῇ distinctiui a sbo
in quo ē ab alio dicitur drã: Silr̃ drã magis
ꝓpria si consideretur vt ē determinatia ⁊ ifor
matia generis sic vocat̃ forma. Si vero consi
deretur vt per talem determinationẽ consti-
tuitur aliq̃d in certo gradu entis sic vocatur
spẽs. ipsa aũt considerata vt ē pri^m distinctum
talis cõstituti ab alῇs sic vocat̃ drã. ¶ Secun
da difficultas quomõ põt stare ꝙ oẽs dr̃e faci
ant alteratũ. Et ꝙ aliqui faciãt aliud ⁊ ñ alte-
ratum sicut videtur dicere textus. Rñdetur
per vnã distinctionẽ. alteratuꝫ põt capi dupli
citer. vno mõ cõiter vt.s.dicit q̃ꝫcunqꝫ diuersi
tatẽ siue subalẽ siue accidẽtalẽ. ⁊ sic oĩs drã fa
cit alteratum. Alio mõ capitur alteratuꝫ ꝓut
dicit diuersitatẽ accidentalẽ. ⁊ sic relatiuũ ac
cidẽtis diuersitatl distinctũ cõtra ħ relatiuũ
aliud qđ ē rlm̃ diuersitatis subẽ. ⁊ sic capit̃ in
secũda diffinitiõe in qua dicitur. differẽtiarũ
quedã faciũt alteratũ. alie vero aliud. Tertio
capitur magis ꝓprie ꝓ alteratiõe pħica ⁊ na
turali que fit per transmutationẽ pħicam sic̃
albefactio ⁊ frigefactõ faciũt alteratũ. Et isto
modo sola differentia cõmunis sumpta ab ali
qua qualitate de tertia spẽ q̃litatis facit alte
ratũ. ¶ Tertia difficultas vtrũ oẽs dr̃e ꝑ acci
dens suscipiant magis ⁊ min⁹. rñdetur per du
as distinctiones ⁊ duo dicta ¶ Prima distin-
ctio ē hec duplex ē forma q̃daꝫ ē forma sbalis

de genere s̄bē. Et dr̄a a tali forma nō suscipit magis n̄z minus. q2 oē subale ī indiuisibili cō sistit eo ꝙ īmediate causatur ab inuariabili ꝛ vniformi influxu dei creātis. Alie sūt forme accidentales. ꝛ illaꝝ esse nō cōsistit ī indiuisibili eo ꝙ nō sunt ex seipsis cōplete ꝛ perfecte termiate termino ꝓprio ꝛ intrinseco sed terminātur ad aliqđ extrinsecū. puta ad s̄bꝫ quo variato cōtingit in ipsis variatio. ꝛ ideo ī termino sui eē ītroducūtur tales forme ꝛ remittuntur eo ꝙ īmediate causātur a s̄ba creata q̄ mutabilis ē ꝛ non sit atqꝫ indiuisibiliter ꝓducit suos effect⁹. ¶ Scđa distictō. duplex ē forma accidentalis. quedā ē q̄ hꝫ contrariū cuꝫ quo ē permissibilis. Alie sūt que nō hn̄t cōtrarium. ¶ Primū dictū ē istud. forme accidētales habētes contrariū intēdūtur per separationem a contrario ꝛ remittūtur ex ꝑmutatiōe cū suo contrario. pꝫ per ph̄m 3⁰ ethicoꝝ dicēteꝫ. ꝙ album ē qđ ē nigro impermixtus. ¶ 2ᵐ dictū. in formis accidētalib⁹ nō hn̄tib⁹ cōtrarium cā intēsionis ꝛ remissionis ꝓuenit ex parte hitudinis vel dispositōis subiui respectu illius forme vt ille homo est risibilior qui habilior ē ad admirandū: ꝛ q min⁹ ē habilis ad admirādū min⁹ ē habilis ad ridendum.

**Conclusio** rn̄salis. dr̄a ē vnū predicabile ab alijs distinctū. patet. q2 hꝫ ꝓpria subijcibilia sicut spēs quā constituit ꝛ inferiora ɔtēta sub tali spē de quibus ipsa dr̄a nata ē p̄dicari. habet ēt vnū modum p̄dicandi qui ē predicari in quale eēntiale distinctum ab alijs predicabilibus.

**Primo** dubitatur. quot sūt diffinitiones dr̄e. Pro solutione supponitur ꝙ Arist. in hac scđa parte ꝓsequitur de acceptione dr̄e de qua p̄ncipaliter intendit ī h capl'o. ꝛ intēdit q̄nqꝫ ɔcl'oes. Quarū pria tāgit p̄mā diffinitionē differētie que ē hec. Dr̄a est qua abundat spēs a genere vt homo abundat ab aīali per istas duas dr̄as que sunt rōale mortale. Animal eniꝫ nihil horum ē. hoc ē aīal siue gen⁹ in suo formali conceptu quiditatiuo neutrā dr̄am icludit. Spēs vero semp in suo conceptu formali includit alterā dr̄aꝫ Contra hāc diffinitionē obycit porphyri⁹. nā ex quo spēs abundat a genere per dr̄am: ꝛ nihil abundat illo qđ non hꝫ. iō ex p̄cedenti diffinitione vr̄ sequi ꝙ spēs hēat dr̄am. vel igit̄ hēbit illam a genere vel a nullo. Non a nullo q2 aliqđ iam fieret a nihilo. nec a genere. q2 si spēs hēat dr̄am a genere. sequeret̄ ꝙ genus p̄us hēat eam. Et qua rōe vna spēs hꝫ dr̄am a genere pari rōe ꝛ spēs opposita hēbit opōitā dr̄aꝫ a genere. ꝛ sic oppōita erunt simul in eodem. Rn̄det porphyri⁹ ꝙ spēs hēbit dr̄am a genere cū gen⁹ hēat vtrāqꝫ dr̄am ptāte soluꝫ ꝛ nullā in actu. ꝛ nō ē hoc inconueniēs. ¶ Secūda ɔclusio tangit secūdā diffinitionē dr̄e. ꝛ ē hec. Dr̄a ē que de pluribus dr̄ntibus spē ī co qđ quale p̄dicatur. Ultimā pticulam probat tripl'r. s. ex⁰ signo. ꝛ a simili. Exēplo sic. rōnale ꝛ mortale sunt dr̄e. ꝛ tn̄ p̄dicātur de hoīe ī qđ q̄lis ē hō ꝛ nō in eo ꝙ quid. g ꝛc̄. Signo sic illud p̄dicatur in quale per quod cōuenienter rn̄detur per questionē factā per quale. Sed dr̄a ē hmōi. Nam si queratur. qualis ē homo cōuenienter rn̄dere debem⁹ ē rōalis. igit̄ ꝛc̄. A sili ꝓbat sic. sicut ē in nālibus ex mā ꝛ forma ɔstātib⁹ ita ē in logicalib⁹. Sed in reb⁹ naturalibus illud ꝙ hꝫ modū forme p̄dicat̄ ī q̄le. g ēt in logicalibus dr̄a que ē forma vel hēt modū forme p̄dicatur in quale. Qđ aūt differentia sit forma vl'hēat modum forme ꝓbat porphiri⁹. q2 sic statua cōponit̄ ex ere tāqꝫ ex mā ꝛ ex fi^a tanqꝫ ex forma: ita ꝛ hō cōis ꝛ spālis. i. spēs hōis cōponitur ex genere tanqꝫ ex mā. ꝛ ex dr̄a tanqꝫ ex forma. Nā hoc totū animal rōale mortale ē hō. queadmodū illa statua ē supple ɔposita ex ere ꝛ fi^a. ¶ Tertia conclusio tangit tertiā diffinitionē dr̄e q̄ ē h. dr̄a ē qđ aptū natuꝫ ē diuidere gen⁹ ꝛ ea que sunt sub genere vt rationale ꝛ irrationale didunt hominem ꝛ equū. i. faciūt differre hominem ꝛ equuꝫ que sunt sub hoc genere qđ ē animal ¶ Quarta ɔclusio tangit quartā diffinitionē differentie que est hec. Differētia est qua differunt a se singula. i. singule species sub eodem genere contēte. patet quia spēs non differunt per genus. imo conueniūt in genere. Ergo species adinuicem differunt per ꝓprias differentias constitutiuas eaꝝ. ꝛ confirmat̄. q2 sum⁹ aīalia nos irrationalia. sed rationale additum nobis separat nos ab illis. Similit̄ sum⁹ enim rōales nos ꝛ dy. Sed mortale additum nobis separat nos ab illis. ¶ Quita cōclusio tangit ɔplementū p̄dc̄te diffinitionis quarte. Et est hec. Non oē qđ est aptū natum diuidere genus ꝛ ea que sub genere est differentia specifica. Sed cum hoc requirit̄ ꝙ cō

trahat genus ad eẽntiam spẽi ⁊ eius essentie sit pars. pꝫ quia illa passio que ẽ aptum natũ ad nauigandũ diuidit aĩal. Dicimus enĩ aĩalium aliqua sunt apta nata ad nauigandum alia nõ. Etiam distinguit spẽs aĩalis inter se. ⁊ tamen non ẽ differentia specifica cuius causa precisa ẽ eo ꝙ non ponitur in diffinitione alicui⁹ speciei animalis. ergo ista secũda particula conuenienter additur p̃dicte diffinitiõi. Ponitur tamẽ a quibusdã qnta diffinitio differentie que sub hac forma assignatur. Est q̃ conducit genus ad esse spẽi ⁊ eius ꝙ est eẽ rei pars est. ⁊ sic in toto erunt qnqꝫ diffinitiones differentie. ex quibus infert vnũ correlariũ s. ꝙ differentie specifice sunt ille q̃cũqꝫ faciũt alteram spẽm ⁊ quecũqꝫ accipiũtur. i. p̃dicãt in eo ꝙ quale. Postremo epilogat. De differẽtys autem dicta sufficiant.

Secundo dubitatur. Utrum diffinitõ differentie in qua dicebatur differentia ẽ ꝙ p̃dicatur de pluribus differẽtibus spẽ in eo qđ quale sit ꝓpria diffinitio differentie in ratione predicabilis sũpte. Rñdetur per duas distinctiones ⁊ quattuor dicta. ¶ Distinctio ẽ hec. duplex ẽ differẽtia. quedã ẽ generica. Et illa ẽ que est cõstitutiua generis subalterni sicut sẽsibile. Alia ẽ specifica que ẽ constitutiua speciei sicut rationale. ¶ Secũda distinctio differẽtia põt dupliciter dici specifica. vno modo quia ẽ constitutiua spẽi ⁊ sic omnis differẽtia eẽntialis ẽ specifica. Et hͦ mõ cepit porphyrius cũ dixit. differẽtia magis proprie ẽ qua vnũ differt ab alio specifica differentia. Alio mõ dr̃ dr̃a specifica qꝛ ẽ constitutiua spẽi spẽlissime tm̃ cum ea conuertibilis. ¶ Primũ dictũ oĩs dr̃a tã generica q̃ꝫ specifica facit p̃dicabile prope dictũ. pꝫ quia quelibet talis p̃dicatur vniuoce de plurib⁹. ¶ Secũdũ dictum dr̃a generica nõ facit p̃dicabile distinctũ a dr̃a specifica nec ecõtra. pꝫ quia p̃dicabilia distinguũtur per diuersos mõs p̃dicãdi. sꝫ dr̃a generica ⁊ specifica hñt eũdẽ modum predicãdi q ẽ p̃dicari in quale eẽntiale. ¶ 3ᵐ dictũ p̃dicta diffinitio nõ datur de differentia in rõe p̃dicabilis sumpta. pꝫ qꝛ tlis diffinitio nõ ꝯuertit cũ dr̃a que ẽ p̃dicabile distinctum ab alys. igit̃ ⁊c. Añs pꝫ quia ex quo dicitur dr̃a generica ⁊ specifica nõ ꝯstituũt p̃dicabilia diuersa vel diuersos mõs p̃dicãdi. sꝫ sub eodẽ p̃dicabili ꝯtinẽtur. seqtur ꝙ continebũtur sub dr̃a vt ẽ p̃dicabile ab alys distinctũ. mõ dicta diffinitio nõ cõpetit spẽi spẽlissime q̃ ⁊c. ¶ Quartũ dictũ. Propa ⁊ conuertibilis diffinitõ dr̃e i rõe p̃dicablis ẽ hec. differentia ẽ q̃ predicatur de plurib⁹ i eo ꝙ quale. patet. qꝛ ista diffinitio cõuenit cuilibet cõtẽto sub predicabili qđ ẽ dr̃a. Et cõplectitur ꝓpriũ modũ predicandi qui ẽ predicari in quale. ꝑ quẽ distinguitur ab alys predicabilib⁹. igitur ⁊c. Et ꝯfirmatur qꝛ sicut porphyri⁹ ꝺdit aliquas diffinitiões spẽi cõuenientes tm̃ spẽi spẽalissime ⁊ aliquas ꝯuenientes tã spẽi subalterne. q̃ꝫ spẽalissime. ita in p̃nti capitulo videt̃ porphyrius posuisse vnã diffinitionẽ solũ ꝯuenientẽ dr̃e generice cuiusmodi ẽ illa diffinitio. Dr̃a ẽ qđ predicat̃ de plurib⁹ spẽ differentib⁹ in eo ꝙ q̃le. Et alias diffõnes cõueniẽtes tã dr̃e generice q̃ꝫ specifice nõ explicãtes tm̃ ꝓprium modũ predicãdi illius predicabilis qđ ẽ dr̃a. iõ in fine istius capl'i posuit vnã diffinitionẽ q̃ posset dici sexta per quã videt̃ explicare ꝓpriũ modũ predicandi dr̃e. Et vt ẽ predicabile ab alys distinctum. et illa diffinitio ẽ hec. Dr̃a ẽ qđ predicatur de plibus in eo ꝙ q̃le sicut patuit in correlario duby ꝑcedentis.

Tertio dubitatur quot sũt act⁹ dr̃e. Rñdet̃ ꝙ sũt tres quoꝝ p̃m⁹ ẽ diuidere genus a quo dr̃ dr̃a formaliter diuisiua generis. Scđs ẽ ꝯstituere spẽm a quo dr̃a dr̃ formaliter ꝯstitutiua spẽi. Terti⁹ ẽ facere differre a quo dr̃a dr̃ formaliter dr̃a. Et isti tres actus sũt ꝓprietates ex nã rei conuenientes dr̃e prime intentionaliter sũpte sup qua mediantibus illis actib⁹ fundatur illa scđa intẽtio dr̃a cui⁹ ꝓprius mõus ẽ predicari de pluribus in eo ꝙ q̃le sicut dictũ ẽ prius. ⁊ si obycia tur ꝓpũ ⁊ accidẽs p̃dicãt de plurib⁹ in quale ꝙ ab eis nõ differt dr̃a. Scđo sic. si differẽtia generica ⁊ dr̃a specifica faciãt vnũ predicabile ꝑpter cõuenientiã earum in illo mõ predicandi cõi qui ẽ p̃dicari in quale. sequeret̃ ꝙ genus ⁊ spẽs faciant vnum predicabile inter se qꝛ ꝯueniũt in illo mõ predicãdi qui ẽ predicari in qđ. et solũ differũt eo ꝙ gen⁹ predicatur de plurib⁹ dr̃ntib⁹ spẽ ⁊ spẽs de plurib⁹ differẽtib⁹ numero. Ad primã dr̃ ꝙ p̃dicari i q̃le equiuoce ꝯueit dr̃e ꝓpo ⁊ accidẽti qꝛ dr̃a p̃dicat̃ i q̃le ꝑ modũ determinãtis eẽntialis. sꝫ ꝓpũ p̃dicat̃ in q̃le ꝑ modũ denoĩantis accidẽtaliter ⁊ ꝯuertibiliter. ⁊ accidẽs p̃dicat̃ ꝑ mo

dū denoīantis accidētaliter τ nō ɔuertibilit. ideo ꝓpter conuenientiā illoꝝ triū ꝑdicabilium in illo° ꝑdicandi equoco ñ dēnt concludere ipsa facere vnū ꝑdicabile. ¶ Ad secūdā dicitur ꝙ gen° τ spēs cōueniūt in modo ꝑdicādi i q̄d q̄si in quodā equiuoce. Sed differētia generica τ specifica cōueniūt in mō ꝑdicandi in q̄le tanq̄ȝ in mō ꝑdicandi vniuoco. iō differentia generica τ specifica nō faciūt nisi vnū ꝑdicabile. lȝ gen° τ spēs faciāt diuersa ꝑdicabilia. nā gen° ꝑdicat̄ in quid per modū terminabilis. τ spēs ꝑdicat̄ in q̄d ꝑ modū determinātis. iō modus ꝑdicādi i q̄d ɔuenit eis equoce. Sed dr̄a tā generica q̄ȝ specifica ꝑdicatur in q̄le ꝑ modū determinātis eēntialiter. iō ille modus predicandi conuenit eis vniuoce τ sic faciunt vnum predicabile.

**Ad rationes** Ad primam dicit̄ ꝙ lȝ dr̄a in abstracto nō dicat totū eē spēi de qua ꝑdicat̄ tñ dr̄a sūpta in cōcreto rōne modificādi ɔcreti cōplete dicit totū eē spēi. ¶ Ad scd̄aȝ dr̄ ꝙ lȝ dr̄a nō ꝑdicet̄ in abstracto de spē ꝑdicatione dicēte hoc ē B. tñ i ɔcreto. τ h ē vera. hō ē rōalis. licet ista nō sit vera homo est rōnalitas. ¶ Ad tertiam patuit solutio in primo notabili.



**Queritur** Utrū ꝓpriuȝ τ accidēs sint ꝑdicabilia adinuicē distīcta. ¶ Arguit̄ p° ꝙ nō q2 nulla secūda intētio ꝑdicat̄ d̄ prima intētōe i abstracto. Sȝ ꝓpuȝ i abstracto ꝑdicat̄ de pr̄ia itētione vt dicēdo risibile ē ꝓpetas. ḡ ꝓpriū nō ē intētio scd̄a. τ ꝑ ɔsequēs nō ē ꝑdicabile. ¶ Arguit̄ 2°. nulla secūda intētio ꝑdicat̄ eēntialr̄ de pr̄ma. sed accidēs eēntialr̄ ꝑdicat̄ de pr̄ia. vt h ē ꝑdicatio essētial̄. Qualitas ē accidens q̄titas ē accidēs ḡ accidēs nō ē ꝑdicabile. tȝ ɔñā q2 oē ꝑdicabile ē scd̄a itentio. ¶ Arguit̄ 3°. i diffinitōe ꝓpȝ ponit̄ accidēs. ḡ ꝓpū τ accidens non sunt predicabilia distincta. añs pȝ q2 ꝓpriū a porphyrio sic diffinitur. Propriū est ꝙ accidit vni soli τ semper. In oppositum est porphyrius.

⁊ denominatiue. ¶ Secunda difficultas sup
quib⁹ ⁊ quot predicamētis potest fundari re
latio. Ad quam respondetur ꝙ super duobus
predicamentis. scilicet qualitate et q̄ztitate
qđ patet quia omnia relatiua continētur sub
tribus modis relatiuorū enumeratis ab Ari-
stotele quinto metaphisice. sed omnia relati-
ua illorum trium modoruz fundantur super
qualitate ⁊ quantitate. ergo ⁊c. Minor patet
quia relatiua primi modi sunt illa que referū-
tur modo numeri ⁊ vnius vt duplū dimidiū
simile dissimile equale ⁊ inequale. sed vni-
tas ⁊ numerus sunt de genere quantitatis di
screte. ergo relatiua primi modi fundātur su-
per quantitate discreta. Sed relatiua secun-
di modi sunt illa que referuntur modo poté-
tie. et fundantur super naturali potentia acti
ua vel passiua. sed talis potentia naturalis re
ponitur omni i secunda specie qualitatis. er-
go relatiua secūdi modi fundantur super qua
litate: Et relatiua tertij modi sunt illa que re
feruntur. modo mensure non quidem intelli
gendo de mensura quātitatiua sed de mensu
ra entitatiua sicut scientia refertur ad scibile
tanquā mensuratum ad suam mensuram. et
etiam sensus ad sensibile. ⁊ illa fundantur su
per prima specie qualitatis. ergo relatiua ter
tij modi fundantur super qualitate. ⁊ per con
sequens omnia relatiua fundantur sup quā-
titate ⁊ qualitate. Et si dicatur ꝙ pater fun-
datur super generatione actiua. et filius su-
per generatione passiua. ergo aliqua relatio
fundatur super actione ⁊ passione. Respōde-
tur ꝙ quedaz sunt relatiua que requirunt du
plex fundamentum vnum. s. quantū ad suuz
fieri. ⁊ aliud quantū ad suum esse ⁊ permane-
re. verbi gratia paternitas q̄ztum ad suum fie
ri fundat̄ super actōe patris. quia dr̄ pater il-
le qui genuit. sed quātum ad suum esse ⁊ per
manere fūdatur super naturali potentia acti
ua patris. ⁊ similiter filiatio q̄ztum ad suū fie-
ri fundatur super passione filij. licet quantuz
ad esse ⁊ permanere fundetur super naturali
potentia passiua: ex quo patz ꝙ licet aliqua re
latio q̄ztum ad suuz fieri possit fundari super
actiōe ⁊ passione oīa tñ q̄ztū ad significatū eē
⁊ ꝑmanere tm̄ fundant̄ sup q̄litate ⁊ q̄ztitate.

Conclusio rñsalis. disti° spe^ca relatio
rū sumit̄ a distictiōe spe^ca
fūdamētoꝝ vl' t'mioꝝ. ita ꝙ istō disiūctū disti°
spe^ca fūdamētoꝝ l' t'mioꝝ ē cā sufficiēs ad ꝯclu
dēdū ḋterminatōez specificā rl'oꝝ ꝓbat̄. qꝛ di
stictio spe^ca cuiuslibz sūit̄ a ptib⁹ diffōis illi⁹.
sz rl'o diffinitur per suuz fundamētū ⁊ termi-
num. ġ ꝯgrue pōt sumi distinctio specifica ex

parte eorũdem. Sed distinctio materialis relationũ sumitur a distinctiõe materiali fũdamẽtorũ ⁊ subiectorũ. patz quia accidens capit vnitatẽ nũeralẽ ad vnitate sui subi cum h tñ stat ꝙ relatiões intrinsece ⁊ eẽntialiter distiguunť spẽ vl' numero a ꝓprijs drijs sui generis q̃ tñ ꝓpter suam mĩmã entitatẽ latent nobis hmõi dr̃e innotescũt ꝑ terminos vel fũdamẽta tãꝗ nobis notiora. Jõ specificãt distinctionez. vel numeralem relatiuorũ atestantur ex distinctione specifica vel numerali fundamentorum vel terminorum.

**Primo** dubitatur. Utrũ in suba vl' relatione imediate possit fundari relatio. Et vr̃ ꝙ non quia accidentia imꝑfecta inherent subo mediantibus accidẽtibus magis ꝑfectis. vtputa q̃ntitas mediãte q̃ntitate. sed relatio habet eẽ debilissimũ inter oia ꝑdicamenta scd̃m cõmentatorem duodecio metaphice. ḡ inheret mediantibus alijs accidentibus. ⁊ illa accidẽtia quibus mediãtibus inest relatio subie dicunť fundamẽta relationis. ¶ Jn oppositũ tñ arguitur qꝛ suba precedit quodcunꝗ accidens. ḡ illa ꝓoritas fundatur imediate ĩ suba. ¶ Ad dubium rñdetur ꝑ vnam distinctionem ꝙ duplex ẽ relatio. quedã est transcendẽs q̃ põt reꝑiri in pluribꝰ ꝑdicamentis sicut relatio prioritatis causalitatis distinctionis idẽtitatis ⁊c̃. ⁊ tales tm̃ fundãť in suba quia suba prior ẽ accidentibus. ⁊ ẽ cã cuiuslibet accidẽtis pñt etiaz fundari imediate in relatione. quia vna relatio ẽ distincta ab alia. ẽt aliqua relatio est eadẽ sibi ipsi. alie sunt relationes ꝑdicamentales que ĩmediate fundať suꝑ re alicuius ꝑdicamenti. ⁊ tales a toto genere fundãť suba mediãte qualitate ⁊ q̃ntitate. nec imediate fundãť in suba vl' relatione. Probat albertus ponẽdo duas dr̃as inter ens absolutũ ⁊ relatiuũ. Prima ẽ qꝛ de rõne accidentis absoluti ẽ tm̃ vna dependẽtia. s. aptitudĩalis inherentia ad subm. Sed d rõne accidẽtis respectiui sunt due dependẽtie. vna ẽ ad subm que sibi conuenit inq̃ntũ ẽ accidens. Alia est ad terminũ ⁊ illa sibi cõuenit inquãtum accidens tale est respectiuum. Secũda differentia est hec qꝛ accidens absolutũ imediate causatur a suo subo: nõ autẽ respectiuum ĩmo solum causať in subiecto mediãte accidente absoluto. ex hoc patet qd sit dicendum ad argumenta ex vtraꝗ parte.

**Secundo** dubitatur. Utrũ vnũ relatiuũ sit de conceptu quiditatiuo alterius. dicitur ꝙ sic. qđ pz per porphiriũ dicentẽ ꝙ necesse in vtrorũꝗ rõibus vtriusꝗ vti. ¶ Scđo sic. eẽ eẽntiale relatiui est ad aliud. sed diffinitio idicat eẽ eẽntiale diffiniti ḡ diffinitio relatiui debet indicare suũ eẽ ad aliud quod nõ eẽt nisi in diffinitione poneretur suũ correlatiuũ. ¶ Tertio sic. illud per qđ cõuenienter ⁊ adequate explicatur natura alicuius dz poni in diffinitione illiꝰ. sed per correlatiuum cõuenienter ⁊ adequate explicať natura relatiui. ḡ relatiuũ debet diffiniri ꝑ suũ correlatiuũ. ¶ Quarto sic. dicit aristo. ꝙ siqs diffinite nouit vnũ relatiuorũ diffinite nouerit ⁊ reliquũ. qđ nõ videtur eẽ verũ nisi in conceptu quiditatiuo vniꝰ relatiui poneretur correlatiuũ. Aliter rñdetur ꝑ vnã diffinitionem et tria dicta. Diffinitio ẽ hec. duplex ẽ diffinitio quedã ẽ pure quiditatiua que explicat principia eẽntialia diffiniti. ⁊ talis vocať diffinitio explicans cõceptũ quiditatiuũ eo ꝙ ĩ tali diffinitione nihil ponitur nisi qđ ẽ de intrinseca rõne eius. Alia est diffinitio non pure quiditatiua. sz data per additamẽtũ. puta q̃ dať ꝑ extrinseca sic̃ per subm vel terminuz. ¶ Primũ dictũ vnũ relatiuũ non ẽ de conceptu pure quiditatiuo alterius. pz. quia vnũ non ẽ de intrinseca constitutione alteriꝰ. ¶ Scd̃m dictũ neutrum relatiuorũ poniť in diffinitione quiditatiua relatiui alteriꝰ. pz. qꝛ neutrũ est priꝰ neꝗ notius. ¶ Tertiũ dictũ in diffinitione data ꝑ additamentũ vnũ relatiuũ diffinitur per suũ terminũ hoc ẽ per suũ fundamentũ sui correlatiui. prima pars patet quia fundamẽtũ correlatiui terminat dependentiam relatiui. ⁊ ẽ prius ⁊ notius ipo relatiuo. ḡ ⁊c̃. ¶ Scđa pars patet. quia sil'r fundamentum relatiui terminat dependentiaz correlatiui. ⁊ ẽ naturaliter prius ⁊ notiꝰ ipo correlatiuo. ergo ⁊c̃.

**Tertio** dubitatur. Utrũ pater hñs plures filios habeat tot paternitates quot hẽt filios. Rñdetur ꝙ sic quia determinatio nũeralis relationũ sumitur a distinctione numerali fũdamẽtorũ. sed pater quot habet filios tot habet fundamenta distincta numero. s. distinctas generatiões actiuas. ergo habebit tot paternitates distinctas numero. Nec ꝓpter h dz dici plures patres. quia actiua eiusdem spẽi non habent dare vni sbo

nisi vnam denoiationem. nec ēt ē incōueniēs duo accñtia sola numero dr̄a eē in eodē subo. Aliqui tñ rñdēt per duas ꝓpōes. ¶ Pria ē pr̄nitas ꝑ termio adeq̄to ñ h3 hūc filiū vel illuz sed filiū in cōe. ita ꝙ intēdit ꝙ in p̄dicamēto relationis nō sūt indidua. ¶ 2ª ꝓpō. disti° nūeralis relationū sumit̄ ex distinctōe numerali suboꝝ ꝛ non fūdamētoꝝ. qꝛ ipossibile ē idem accidēs i spē plr̄ificari numero nisi ꝑ diuisionez subi. ¶ Rōes i oppoᵐ soluūt̄ i primo notabili



Ueritur Utruz p̄dicamenti q̄litatꝭ sint tm̄ q̄tuoꝛ spēs. ¶ Arguit̄ primo ꝯtra suppositū. qꝛ nullū equocū ē p̄dicamētū. s3 q̄litas est qōdā equocū. g̊ nō ē p̄dicamētū. Minoꝛ p3 ꝑ textū vbi dr̄. ē aūt q̄litas eoꝝ q̄ dicūt̄ multiplr̄. ¶ Arguit̄ 2° ꝯ q̄sitū qꝛ aristoteles 5° methaᶜᵉ int̄ oēs mōs q̄litatꝭ nō enumerat nālē potētiā vl̄ ipotentiā. ¶ Arguit̄ 3° sic. eadē q̄litas in numero ꝯtinet̄ sub p̄ma spē sub 2ª ꝛ ēt sub 3ª. g̊ nō sūt diuerse species adinuicē disticte. ¶ 4° arguit̄ sic. cursoꝛ ꝛ pugillatoꝛ ponūt̄ in pria spē q̄litatis. ꝛ etiaz i scda. g̊ ille spēs nō distinguūt̄ adinuicē. ¶ In oppositū ē Aristoteles.

Primo sciendū ē. ꝙ ꝓ declaratione q̄siti ponūtur sex distinctiones. ¶ Prima ē. triplex ē q̄lita. q̄dā ē q̄litas eēntialis. ꝛ ē illa q̄ q̄lificat genꝰ ꝛ eēntialiter ꝯstituit spēm cꝰ ē dr̄a. Alia ē pure accidētalis q̄. s. cōseqtur indiuiduuz. ꝛ vocat̄ q̄litas indiuidui. Alia ē ꝑti eēntialis ꝛ ꝑti accidētalis. ꝛ ē illa q̄ nccīo cōseqtur p̄nª eēntialia spēi cui tñ aduenit post suū eē cōpletū cꝰ ē ꝓpria passio. ¶ 2ª distinctio hitꝰ capit̄ duplr̄. vno mō vt ē respectus extrinsecꝰ aduenīēs derelictꝰ i coꝛpe ex adiacētia oꝛnamēti vel vestimēti ad coꝛpꝰ. ꝛ sic nō ē spēs q̄litatis sed ē vnū p̄dicamētū distinctū a q̄litate. Alio mō capit̄ hitꝰ ꝓ q̄dā q̄litate inherēte. puta ipsā inclinātē ad operandū siue talis sit spēs intelligibilis siue actꝰ itelligendi siue hitus cātus ex talibꝰ actibꝰ. ꝛ sic capit̄ in ꝓposito. ¶ Tertia distinctio potētia capitur duplr̄. vno mō sincaᶜᵉ. s. ꝓ quodā sincatheᶜᵉ āpliāte ad p̄ns ꝛ ad futurū ad sensū q̊ dicimꝰ ꝙ possibile ē terminꝰ āpliatiuꝰ. Alio° capit̄ catheᶜᵉ ꝓ q̄dā entitate que dr̄ eē p̄ncipium quo aliqd agit sicut dicimꝰ ꝙ potētia itellectiua ē principiū quo aīa pōt ꝓducere actū intelligendi. ꝛ sic capitur hic. ¶ Quarta distinctio passio capitur duplr̄. vno mō ꝓ p2io ꝛ immediato effectu actiōis. ꝛ sic ē genꝰ gn̄alissiᵐ. alio mō ꝓ qualitate faciliter mobili. ꝛ sic capitur hic. ¶ Quinta distinctio forma capitur dupliciter. vno mō gn̄aliter. vt. s. dicitur ab iformando. ꝛ sic oē illud ꝙ dat alicui esse aliq̄le siue substātiale siue accidentale dr̄ forma. alio mō capit̄ spāliter vt dr̄ a foris manendo. ꝛ sic capitur in ꝓposito. ¶ Sexta distinctio signū capit̄ dupliciter. Uno modo māliter. s. ꝓ qualitate terminata. alio mō formaliter. s. ꝓ q̄litate consequēte terminatiōem q̄litatis. ꝛ tal̄ qualitas si cōpetur ad aliqd̄ extra. puta ad q̄litatē dr̄ figura. si vero cōpetur ad intra. s. ad formam subalem rei dr̄ forma

Secundo sciendū ē. ꝙ in hoc caplo de terminat Arist. de q̄rto p̄dicamēto qd̄ ē q̄litas. ꝛ ꝯt3 tres ꝑtes p̄ncipales ¶ In quarū p2ia determiat de q̄litate abstractiue significata. ꝛ ꝯtinz septē ꝯclōnes. ¶ Prima ꝯ° tangit diffōem q̄litatꝭ. ꝛ ē h. Qualitas ē scdm quā q̄les eē dicimur. ¶ Scda ꝯ° tangit vnū nōbile. ꝛ ē hec. Qualitas ē de numero eorum q̄ multiplr̄ dicūt̄. i. h3 sub se multas spēs ¶ Tertia cōclusio tāgit primā spēm q̄litatis. ꝛ ē h. Prima spēs q̄litatis ē hitꝰ ꝛ dispō. quaz cōclusionez ꝓbat ponēdo duas dr̄as int̄ hitū ꝛ dispōem. Prima dr̄a ē. hitus ē ꝑmanētioꝛ ꝛ diuturnioꝛ dispōe qd̄ p3 exēplo ꝛ signo. exemplo sic. quia v̄tutes ꝛ scie q̄ sūt quidā hitus videntur eē ꝑmanētioꝛes ꝛ de difficili mobiles a s̄bo. vt siqs sumat ꝑfecte vel mediocrit̄ sciētiaz nō de facili admittit eā nec faciliter sepatur a subo nisi grādis ꝑmutatio facta sit vel ab egritudie vl̄ ab aliquo hꝰ. sic ēt v̄tutes morales iusticia ꝛ castitas nō videt̄ posse moueri nec faciliter permutari a subiecto. sed affectiones. i. dispositiones sunt faciliter mobiles ꝛ cito permutabiles seu auferibiles a subo vt caloꝛ ꝛ frigiditas egritudo ꝛ sanitas. Homo. n. circa eas quodammō efficitur ꝛ cito ꝑmutat̄ ab vna in alteram. vt hō ex calido cito fit frigidꝰ ꝛ ex sanitate cito trāsit i egritudinē. nisi forte per longitudinem tempoꝛis transferantur in nām subi. Sed tūc amplius non dicerētur dispōes imo hitꝰ. ¶ Secūdo patet sigᵒ sic quia discipli non multū retinentes sed faciliter obliti dicuntur hitum nō habere q̄uis ad disciplinas sint melius vel peius dispositi

ideo habitus ē qualitas de difficili mobilis et
dispositio de facili mobilis. Scđa dr̄ia. q2 ha
bitus sunt dispositiones sed non est necesse ꝙ
dispōnes sint habitus. pꝫ signo sic. q2 q habitū
retinēt quodāmō dispositi sunt peius vel me
lius ad ea que hn̄t. sꝫ qui dispositi sunt nō oēs
habēt habitū. ¶ Quarta ꝯclusio tangit scđam
spēm qualitatis. et est hec. Aliud genus quali
tatis est scđm quā pugillatores ⁊ cursores sa/
lubres vel insalubres dicunť. ⁊ simil'r quecūꝫ
dicunť scđꝫ nālē potētiā vel ipotētiā. Hāc cō
clusionē declarat per habitudinē ad primaꝫ
spēm. q2 posset credere aliquis ꝙ cursor ⁊ pu-
gillator dicerēt denoīatiue a dispōnibus vel
habitibus. ⁊ ita erūt in prima spē qualitatis.
illud remouet dicēs ꝙ hic capiť cursor et pu/
gillator nō scđm ꝙ dispositi sūt ad illos actus
sed scđm ꝙ habēt naturalē potētiā ad hoc fa/
ciliter faciēdū vel resistēdū ne a quibuslibet
patianť. ⁊ hoc declarat per quatuor exempla.
Primū ē. sanatiui dicunť qui habēt naturalē
potētiā vt nihil a quibuslibet accn̄tibus pati
antur. Secundū exēplū. egrotatiui dicūtur q
habēt naturalē potētiā nihil patiēdi. Tertiū
exemplū. durū diciť quod hꝫ naturalē poten
tiā nō cito secari. Quartū exemplū. molle est
quod habet naturalem potentiaꝫ cito secari.

Tertio notādum est ꝙ circa hunc textū
incidūt tres difficultates. Qua/
rū prima est. vtrū cū multiplicitate qualitati
stet ipa eē genus generalissimū. Ad quā rn̄r ꝑ
vnam distinctionē. q2 duplex est multiplici/
tas. vna est multiplicitas significatoꝝ. ⁊ cum
tali non stat vniuocatio. nec per ꝯn̄s stat tale
multiplex esse genꝰ. Alia est multiplicitas sup
positoꝝ. ⁊ cū tali stat vnitas rōnis formalis. ⁊
per ꝯn̄s vniº tali an̄te multiplicitate dr̄ qua/
litas multipliciter. ideo stat ipsaꝫ esse genꝰ ge
neralissimū. ¶ Secūda difficultas. vtrū habi
tus ⁊ dispositio se habeāt sicut superius ⁊ infe/
rius vt dr̄ in textu. Rn̄r per duas distinctōes
Prima est. Dispositio pōt capi dupl'r. vno mō
coiter. ⁊ hͦ mō se extēdit ad oēꝫ q̄litatē de faci
li mobilē ⁊ de difficili mobilē. ⁊ sic est quod/
dā superius ad habitū. Alio modo spāl'r capiť
vt se extēdit ad q̄litates facil'r mobl'es a sbo
⁊ sic differt ab habitu sicut perfectū ab imper
fecto in eadem spē. nam scđm boeciū simpli
ciū habitꝰ ⁊ dispositio nō differūt genere nec
specie sed tm̄ nūero. q2 differūt tm̄ sicut puer
⁊ senex eo ꝙ habitus ē dispositio firma: ⁊ dis/
positio est habitus ifirmus. ¶ Scđa distictio
Habitus capiť dupliciter. Uno mō coiter. vt
scꝫ se extēdit ad omnē qualitatē acquisitā de
difficili mobilē. ⁊ tūc se extēdit ad omnē ha/
bitū tā aīe q̄ꝫ corporis. ⁊ sic capiť in proposito
Alio mō capitur habitus pro qualitate acqui
sita in aīa per actū eius disponētē ipsaꝫ ad ꝯsi
miles habitus. ⁊ sic capitur in ꝑmo ethicoꝝ.
⁊ est quoddā iferius ad habitū primo modo
sumptū. ¶ Tertia difficultas. Utrū oēs actus
potētiaꝝ aīe sint in prima specie qualitatis. ⁊
omnes potentie aīe sint in secūda. Rn̄detur
probabiliter quo ad vtranq3 partē affirmati
ue. primū pꝫ. quia nulla actio de predicamēto
actionis potest esse suprema perfectio agētis.
sed omnis actus anime est suprema perfectio
agentis. ergo nullus actus anime est in predi/
camēto actionis. maior pꝫ. quia anteq̄ꝫ agens
agat oportet ꝙ sit supreme ꝑfectū. minor pꝫ.
quia intelligere ⁊ speculari est suprema perfe
ctio aīe. verūtamē tales actus quo ad sua co/
gnomēta possunt dici de predicamēto actiōis
quia cognomināt respectū ad agēs. Secūdū
patet. quia actus ⁊ potentia sunt eiusdem ge/
neris. sed actus anime sunt de genere quali/
tatis. ergo ⁊ potentie eius erunt de genere q̄/
litatis. nec est intelligendū ꝙ potētia vel ipo/
tentia significent aliquid quod sit de genere
qualitatis eēntialiter cū sint noīa respectiua.
sꝫ tm̄ significāt aliquē modū qualitatis abso/
lute. scđm tamē ꝙ ipsa est principiū operatio
nis ⁊ impotentia significat vnū modū quali/
tatis scđm quē ipsa est principium difficulter
agendi vel faciliter patiēdi. Et quia tn̄ huius/
modi qualitates nobis ignote sunt. nobis ta/
men inotescūt per habitudines ad operatōes
quaꝝ sunt principia ideo qualitates huiꝰ spēi
ꝯuenienter noīamus noībus significantibus
illa qualitates non quidē absolute sed i respe
ctu ad habitudinē ad suas operationes. vt ca
lefactiuū significat qualitatē scđm ꝙ ipsa est
principiū illius operatiōis que est calefacere.

Conclusio respōsalis. Predicamenti
qualitatis sunt tm̄ quatu/
or spēs. prima patet. s. ꝙ sit predicamētū. q2 ē
genus gn̄alissimū habēs sub se genera ⁊ spēs.
Secūda pars patet. quia omnis qualitas vel
se tenet ex parte materie. ⁊ sic est quarta spēs
qualitatis. vel se tenet ex parte forme. et hoc

est dupliciter. quia vel talis qualitas ē terminus actiōis. ⁊ sic ē 3ª spēs. vł ipa ē pncipiū actionis. ⁊ hoc dupliciter. quia vel ē pncipiū ꝓpinquum ⁊ cē prima. vel principium remotū ⁊ sic est secunda species.

Primo dubitatur. Utrū albedo ⁊ alij colores illati ex aliqua passiōe puta ex timore vel verecūdia sint q̄litates ð tertia spē qualitatis. ¶ Pro rn̄sione est supponendum ꝙ aristo. in q̄nta ꝯclusione hꝰ ptꝭ tāgit tertiā spēm qualitatis. ⁊ est hec. 3ª vo species q̄litatis sūt passibiles q̄litates ⁊ passiōes hoc ē illa ponūtur in 3ª spē q̄litatis que dicuntur a passione vel a passibili qualitate. hāc cōclusionē declarat per duo exēpla. quoꝝ pmū est. dulcedo amaritudo ⁊ hausteritas ⁊ oīa cognata idest eis similia sunt passiones vel passibiles qualitates. Scōm exēplū vt calor ⁊ frigus albedo ⁊ nigredo. ⁊ ꝙ ista sint qualitates pꝫ quia secūdū ea dicūtur quales. ģ sūt q̄litates. Minor pꝫ quia mel dr̄ dulce eo ꝙ dulcedinem suscipit. ⁊ corpus dicitur albū eo ꝙ albedinē suscipit. Scd̄o ꝓbatur ꝙ sint passibiles q̄litates duabus rationibus. prima rō passibiles q̄litates dicūt nō q2 subiecta q̄ suscipiunt illas q̄litates aliq̄d patiātur ab eis. sed q2 inferūt passionē sensibꝰ. sed dulcedo color ⁊ hꝰ inferūt passionē sensibus. ģ sūt passibiles qualitates. maior pꝫ duobus exēplis. Primū ē quia mel nō dr̄ dulce ꝙ aliq̄d sit passum dulcedinis vel a dulcedie. Scōm exēplū calor et frigꝰ n̄ dicūt passibiles q̄litates eo ꝙ sua subiecta sint aliq̄d passa. sed q2 singulū hoꝝ īfert passionē suo sensui vt dulcedo infert quandā passionē scōm gustū ⁊ calor scōm tactum ⁊ sic de alijs. Scd̄a rō q2 q̄litates dicūt passibiles vł ipassibiles q2 īferūt passionē sensui vł q2 inferunt a passione. sed albedo ⁊ nigredo ⁊ alij colores. lꝫ inferāt passionē sēsui. s. visui tamē plerūq3 inferūt a passionibꝰ. ģ colores sūt passibiles q̄litates. minor pꝫ q2 ꝑ aliq̄3 passionem fiūt multe mutatōes coloruꝫ. erubescēs enī aliq̄s rubeus factꝰ est. ⁊ timens palidus. sꝫ ꝙ hꝰ colores a passionibus illati sint passibiles qualitates ꝓbatur per locum a simili quia colores innati cōuenietes corpori sunt passibiles q̄litates. sed colores q̄ inferūtur ex passionibus sunt sil'es illis coloribus q̄ nāliter insunt corpori. ergo similiter debēt dici passibiles qualitates. Minor declaratur vno exemplo. quia affectio idest q̄litas que nunc facta est circa corpus per verecundiam eadem etiam fit per naturalem passionem. ita vt nāturaliter color sit similis. ¶ Sexta conclusio tangit duas differentias inter passiones ⁊ passibiles qualitates. Prima est passibiles qualitates causantur a passionibus de difficili mobilibus a subiecto. ⁊ non sunt faciliter mobiles a subiecto. sed passiones. causantur a passionibus cito transcendentibus. ideo sunt faciliter mobiles. Secunda differentia quia passibiles qualitaes denomināt nos quales simpliciter. non autem passiones. istas differentias ꝓbat duplr̄. primo in q̄litatibus corporis q2 palor ⁊ nigredo prouenientes ex egritudine longa vel propter estum denominat nos simpliciter quales. ⁊ sunt de difficili mobiles ⁊ iō dicūt passibiles q̄litates. sꝫ palor ⁊ rubedo ꝓueniētes ex timor̄ sūt facilr̄ mobiles. nec sꝫ eas dicimur q̄les. Nā ille qui propt̄ verecūdiam rubicundus factus est non dicitur rubeus. nec ille cui palor inest propter timorem dicitur palidus sed magis aliquid passus. Secūdo patet idē in qualitatibus anime quia q̄litates anime que sunt de difficili mobiles sunt passibiles qualitates ⁊ secundū eas dicimur quales. vt secunduꝫ iracūdiam dicimur iracundi. ⁊ secūdum dementiam dicimur dementes. Sed ille qualitates que sunt de facili mobiles sunt passiones. nec secūdum eas dicimur quales quia ille qui irascitur ꝓpter tristiciam non dicitur iracundus. sed magis aliquid passus. ideo propter hoc tales ꝓprietates sunt passiones ⁊ nō qualitates. Septima conclusio tangit quartam speciem qualitatis ⁊ est hec. Quartum vero genus qualitatis est forma ⁊ circa hoc aliquid constans figura. vt rectitudo ⁊ curuitas. Et ꝙ ille sint qualitates patet quia secunduꝫ eas dicimur quales. Et secūduꝫ triangulitatem aliquid dicitur triāgulatum. Et secūdum quadrationeꝫ quadratum. secūduꝫ rectitudinem rectum. Et secundum curuitatem curuum. ⁊ quia aliquis posset credere ꝙ ista quattuor rarū densum asperum ⁊ lene essent de quarta specie qualitatis. ideo dicit Aristoteles ꝙ non sunt qualitates sed sunt passiones. patet quia significant quādā passionem ꝑtiū sicut pꝫ ꝑ suas diffinitōes.

Nã spissum ẽ cuius partes ad inuicẽ sibi propinque sunt. rarꝝ vo ẽ cuius partes sibi inuicẽ distãt. ⁊ lene ẽ cuius partes in rectum iacẽt. ⁊ asperꝝ ẽ cuius vna pars est inferior et alia superior. Cõcludit finalr̃ ꝙ multi sunt modi q̃litatis. tñ isti p̃dicti sunt principales.

**Secundo** Dubitat̃. Utrũ passio illata a passione sit qualitas. Pro cuius soĺone ponũt̃ due difficultates. Prima ẽ. vtrũ passio inferat passionẽ. q2 si sic idẽ eẽt cã suiipsius. Ad quã rñdet̃ ꝙ duplr̃ põt capi passio. Uno mõ capit̃ passio ꝑ actu appetitus sensitiui sequẽte cognitõez sensitiuã. vtputa cũ timore ⁊ vecũdia ⁊ hꝰ. ⁊ etiã ꝑ delectatõe vel tristitia ɔñtibus hꝰ actꝰ appetitꝰ sensitiui ⁊ sic itelligit̃ illud qȯ dicit aristo. dulcedinez efficere q̃dã passionẽ circa gustũ: ⁊ calorẽ circa tactũ. Alio mõ capit̃ passio ꝑ q̃dã q̃litate sensibili ɔñte hꝰ actꝰ appetitꝰ sensitiui. q̃ qdẽ q̃litas ẽ de difficili mobilis a subo. et sic itelligit̃ illud qȯ dr̃ in tex. ꝙ passio ẽ iferẽs vel illata a passione. ⁊ ɔtinet̃ sub tertia spẽ qualitatis.
¶ Scȯa difficultas ẽ qlr̃ itellr̃ hoc qȯ dicit̃ in textu. hꝰ aũt passiões dicũt̃. qualitates vo minime. q2 genus semꝑ p̃dicat̃ de suis spẽbus. g̊ cũ passio ɔtineat̃ i tertia spẽ qualitatis de ea erit verꝝ dicere ꝙ sit qualitas. Ad hoc rñdet̃ per distinctionẽ. q2 q̃litas põt capi duplr̃. vno mõ gñalr̃ ꝑ quadã q̃litate ɔstituẽte subm siue diu permanẽte i subo siue nõ. et hoc modo diffinit eã in pricipio hꝰ. c. ⁊ etiã vt sic passio ẽ q̃litas. Alio mõ capit̃ q̃litas stricte ꝑ q̃litate diu permanẽte ⁊ ꝑmanẽter denoiãte sbm. ⁊ sic capit aristo. i assignãdo driam inter passibilẽ q̃litatẽ ⁊ passionẽ. ⁊ dicit passionẽ nõ esse q̃litatẽ. Et sic si vlterius diceret̃ ꝙ fm passionẽ nõ dicit̃ q̃les sꝫ aliqd passi. ergo nullo mõ passio eẽt q̃litas. Rñr ꝙ scȯm passionẽ dicit̃ q̃les a q̃litate p̊ mõ sꝫ nõ scȯo mõ. ¶ Preterea circa textũ ncidit vna alia difficultas quõ drñt forma ⁊ figura. Rñr ꝙ drñt sicut supiꝰ ⁊ inferius. q2 figura ɔuenit tã aiatis q̃ȝ iaiatis sꝫ forma ɔuenit tñ aiatis. primũ pꝫ. q2 figura est terminꝰ siue clausio rei q̃ȝte. talis aũt clausio indrñter ɔuenit tã aiatis q̃ȝ inaiatis. g̊ ⁊c̃. 2m pꝫ. q2 forma ẽ pulchritudo siue turpitudo scȯm quã aliquis dr̃ nõ formatꝰ sꝫ formosus aut turpis. mõ talis formositas solum ɔuenit aiatis. ergo ⁊c̃. Dicũt tñ aliq ꝙ Aristo. i ꝓposito capit formã ⁊ figurã ꝑ eodẽ ita ꝙ ista ɔiũctio. et. teneat̃ expositorie ita ꝙ sit sensus. 4m genus qualitatis ẽ forma. i. figura ɔstãs circa corpus. Et huius rõ põt eẽ q2 tã forma q̃ȝ figura dicũtur eẽ termini qualitatis. mõ termini q̃litatis cõtinẽtur in q̃rta specie q̃litatis.

**Tertio** Dubitat̃ vtrũ predicte quatuor spẽs qualitatis sint ad inuicem realiter disticte. Ad dubiũ rñdet̃ duplr̃. prio negatiue. sꝫ tm̃ sunt quatuor modi qualitatis explicãtes diuersas quatuor habitudines q̃litatis ad subm. que quidem habitudines plures pñt esse in eodẽ subo. vt color cõparatꝰ ad subm̃ tanq̃ȝ perficiens ipm dicit̃ esse in prima spẽ qualitatis. sed inquãtũ ẽ pricipiũ actionis realis est in secũda specie qualitatis. prout ãt est principiũ operatõis spãlissime imutatõis sensus tũc reponitur in tertia spẽ qualitatis. Et isti dicũt driam eẽ inter modũ ⁊ speciem. q2 spẽs addit driam eẽntialẽ supra illud cuiꝰ ẽ spẽs. sꝫ mõus addit tm̃ dr̃aꝫ accñtaleꝫ supra illud respectu cuiꝰ dr̃ modus. vt albũ ⁊ nigrũ dicũtur eẽ modi respectu hois. eo ꝙ supra hominẽ nõ addũt nisi dr̃iam accñtalẽ que ẽ albedo vel nigredo. Scȯo rñdetur ad dubiũ affirmatiue. ⁊ ad apparẽtiã aliorꝝ dicitur ꝙ loco differẽtiarꝝ eẽntialiũ nobis ig̊ratarũ vtit̃ aristoteles illis differẽtys accñtalibus que sꝫ faciliter vel difficiliter mobiles eẽ principiuꝫ operandi. inferre passionẽ sensui. et exterius disponere substãtiã. ⁊ per illas differẽtias accidẽtales sic possent distingui quattuor spẽs qualitatis. quia tam forma q̃ȝ figura exterior est dispositio substantie ⁊ passio et passibilis qualitas est per se imutatiua sensus. sed nãlis potẽtia vel impotẽtia est qualitas que ẽ per se principiũ naturale operãdi vel patiendi. sed prima species que est habitus ⁊ dispositio non videtur per se sumi ab aliqua differẽtia positiua. sed solum a priuatione differẽtiarũ triũ predictarꝝ spẽrꝝ ita ꝙ illa qualitas que ẽ faciliter vel difficiliter mobilis a sbiecto. nec est dispositio exterior subiecti. nec per se pricipiũ nãle agendi vel patiendi. nec etiaꝫ est ꝑ se imutatiua sensus. q2 talis qualitas dicitur esse prima spẽs qualitatis. Et lꝫ iste differẽtie sint accñtales tñ forme substracte illis differẽtys accñtalibus sunt differentie eẽntiales eẽntialiter distiguẽtes spẽs qualitatis iterse.

**Ad rationes** ante oppositum. Ad primam dicitur ꝙ pa

tuit solo̾ ī primo notabili. Sed pro secūda responsione supponit̄ ꝙ Aristote. 5. metaᶜᵉ enumerat quatuor modos qualitatis. prim⁹ ē ꝓm quē dr̄ia ſbalis ꝯſtitutiua ſpēi eſt qualitas. secundus eſt forma ⁊ circa hoc aliquid cōſtans figura. tertius eſt paſſio ⁊ paſſibilis qualitas. quartus vō modus eſt habitus ⁊ diſpoſitio. ſuper quo dicit cōmētator ꝙ naturalis potētia vel impotētia ſunt quedā preparatōes vel q̄dā potētie. vt aūt ſunt potētie cōtinent̄ ſub quarto modo. ſed vt ſunt quedā preparatōes tūc nō ſunt niſi quedā priuatōes ipedimētoꝝ nec ſūt aliqd poſitiuū. iō nō enumerātur iter predictos modos. ¶ Dicūt tn̄ quidā ꝙ nāles potētie vel impotētie ſunt quedam habilitates ſiue reſpectus fundamētales nō diſtincti realiter a ſuis fundamētis. ideo non ponunt̄ ī alio predicamēto a ſuis fundamētis. Dicunt vlterius ꝙ tales naturales potētie vel ipotētie ſunt quedā paſſiones eoꝝ ſuper quibus fūdant̄. ideo non faciunt predicamētū diſtictū nec ſpēꝫ p̄dicamēti diſtinctā a ſuis fundamentis. ¶ Ad tertiā dicit̄ ꝙ ſi calor capiat̄ cū illa p̄ciſione qua eſt principiū operādi. tūc eſt in ſecunda ſpecie qualitatis. Et ſi capiat̄ vt eſt qualitas imutatiua per ſe ſenſus preſcindēdo ab alijs differentijs tunc eſt in tertia ſpecie qualitatis Sed ſi capiat̄ vt eſt qualitas ꝑmanēs ⁊ perficiens ſubiectū preſcindendo a quibuſcunqꝫ differētijs aliaꝝ ſpēꝝ tunc eſt in prima ſpecie. ¶ Ad quartā dicitur ꝙ curſor ⁊ pugillator poſſunt denominari a qualitatibus permanētibus non natural'r inatis ſed acquiſitis et tunc ponunt̄ in vera ſpecie qualitatis. vel poſſunt denoīari a qualitatibus permanentibus non acquiſitis ſed natural'r incxn̄tibus. ⁊ ſic ſunt in ſecūda ſpē q̄litatis. Et hec d̄ qōne.



Queritur Utrum q̄litati ſit ꝓprium hr̄e ꝯtrarium ⁊ ſuſcipere magis et minus. Arguit̄ primo contra primam partem. quia qualitas nō poteſt eſſe terminus ad quē motus. ergo non habet contrariū. ꝯn̄tia tenet quia omnis motus fit de ꝯtrario in cōtrariū. ⁊ de quolibet contrario in ſuū contrariū contingit motum fieri. Añcedēs patet. quia in alteratione que eſt motus ad qualitatē prius oportet terminū a quo corrūpi ⁊ terminū ad quē acquiri. ⁊ per ꝯſequens nō poterit terminare motum. minor patet quia qualitas ī termino a quo cōrūpitur per remiſſionē graduū eius. ſed cuiuſlibet forme intenſibilis vel remiſſibilis infiniti ſunt gradus. ergo per remiſſionē nunq̄ deueniet̄ ad vltimū gradū qualitatis remiſſibilis. Et cum in quolibet gradu ſaluetur rō formalis qualitatis remiſſibilis: ſequitur ꝙ nō poterit corrumpi forma per remiſſionē graduū eius. ⁊ per ꝯſequēs qualitas in termino a quo nō poteſt corrumpi. ¶ Arguitur ſecūdo contra ſecūdā partem. quia iuſticia ſanitas ⁊ egritudo ſunt qualitates ⁊ tamē non ſuſcipiunt magis ⁊ minus cum vna iuſticia non ſit magis iuſticia q̄ꝫ alia. vt dicitur in textu. ergo qualitas non ſuſcipit magis neqꝫ minus. ¶ In oppoſitū eſt ariſtoteles ī textu.

Primo ſciendum eſt ꝙ pro intellectu queſiti ponitur vna diſtinctio ⁊ vnum dictum. Diſtinctio eſt hec. Duplices ſunt gradus forme. quidam ſunt gradus ſpecifici. alij ſunt gradus indiuiduales. vnde gradus ſpecificus eſt vltima perfectio eſſentialis conſtitutiua eēntialiter ſpeciei. Sed gradus indiuidualis eſt quedam portio perfectionis eſſentialis forme ſpecifice cōſtitutiua eſſentialiter indiuidui. ¶ Dictum eſt iſtud. Aliqua qualitas neceſſario habet gradus eiuſdem rationis compoſſibiles in eadem parte ſubiecti Prima pars patet. quia impoſſibile eſt formā aliquam realiter plurificari in pluribus niſi ſit diuiſibilis in plures partes. ſꝫ aliqua qualitas vtputa albedo eſt realiter plurificabilis in plures albedines. ergo neceſſario erit diuiſibilis in plures partes ſecundū illas plures albedines. tales autem partes ī propoſito vocantur gradus. ergo aliqua qualitas neceſſario habet gradus. Secunda pars patet ꝙ ſint eiuſdem rationis. quia in hoc diſtinguuntur gradus ſpecifici a gradibus indiuiſibilibus. quia gradus ſpecifici eo ꝙ ſunt alterius ⁊ alterius rationis conſtituunt diuerſas ſpēs. ergo ad deſtructionē ꝯſequentis ſi gradus indiuiſibiles nō ꝯſtituāt diuerſas ſpēs ſed tm̄ diuerſa indiuidua ſub eadem ſpecie ſequitur ꝙ erunt eiuſdem rationis. Tertia pars patet. ſcꝫ ꝙ ſint ꝯpoſſibiles in eadem parte ſubiecti quia eadem albedo numero que prius in eadem parte ſubiecti eſt remiſſa ⁊ poſterius ē intenſa et econtra. ergo gradus remiſſionis et gradus intenſionis ſe compatiuntur in eadē

parte subiecti.

Secundo sciendum est q in ista parte pricipali determinat aristoteles de cōcreto qualitatis.s.de quali.et intēdit vnā cōclusionē. et est hec. Qualia vero eē dicuntur illa concreta que secūdū qualitates predictas dicuntur denoiatiue vel quolibet aliter ad aliud dicūtur denoiatiue ab ipsis q̄litatibus. Hanc conclusionē pro vtraq parte sui declarat aristoteles. et primo p̄mā per tria exempla.quia grāmaticus dicitur denoiatiue a grāmatica.et iust⁹ a iusticia.et cādidus a candore. Secundo declarat secundā partem.s.q aliqua dicunt qualia a predictis qualitatib⁹ aliter q̄ denoiatiue.quod cōtingit dupliciter Primo quando abstracto non est nomen impositum vt cursor et pugillator sm q dicunt naturales potentias a nulla qualitate dicuntur denoiatiue.quia secūdū q huiusmodi abstractio eorum non est nomen impositū.sed scdm q cursor et pugillator dicunt dispositionem vel habitum tunc abstractio eorum a quibus dicuntur denoiatiue est nomen impositum. vt a disciplina discipliatores et a pugna pugnatores. Secūdo dicūtur nō denoiatiue quādo abstractio est nomen impositū tunc concretū non debite formatur ab abstracto. vt studiosus dicitur non denoiatiue a virtute. ¶ Consequenter in tertia parte principali determiat aristoteles de propositioib⁹ qualitatis.et continet tria puncta. In quorum primo intendit tres conclusiones.Quarum prima est.qualitatibus inest cōtrarietas. probatur tam in qualitatibus q̄ in qualibus. In qualibus quidem sic.quia iusticia cōtrariat iniusticie. et albedo nigredini. In qualitatibus vero sic probatur quia iustus contrariat iniusto et album nigro. ¶ Secūda cōclusio est hec.non omnis qualitas habet contrariū.quia rubeū pallidū et ceteri colores medij non habent contrarium. ¶ Tertia conclusio est hec.Si vnū cōtrariorum fuerit quale reliquū erit quale.probatur exēplo.quia si iniusticia cōtrariat iusticie et iusticia sit qualitas ita iniusticia erit qualitas. qr nec erit quantitas nec ad aliquid.nec vbi.nec aliquod aliorū que non sunt qualitates.ergo erit qualitas. ¶ In secūdo puncto tangit secūdam proprietatē qualitatis.et intēdit tres cōclusiones. Prima ē.qualitas suscipit magis et minus. patet tribus exemplis. quia albū est magis et minus albū.et vnū calidum est magis vel minus calidum altero. et similiter iustum ¶ Secūda cōclusio est hec.proprietas nō cōuenit omnibus qualitatibus. Patet.quia aliquis potest dubitare vtrum iusticia suscipiat magis et minus. quia iusticia non videtur magis et minus iusticia.nec sanitas neq etiā grāmatica. Et licet earum qualia indubitanter suscipiant magis et minus. quia vnus homo indubitabiliter est iustior et sanior altero. et tn̄ eorum abstracta nō vident suscipere magis et minus et vna sanitas nō est magis sanitas q̄ alia. ¶ 3ª cōclusio. Qualitates de quarta spē qualitatis nō suscipiūt magis et minus. qr triangulus et quadrangulus nō suscipiunt magis et minus nec in concreto nec in abstracto.ergo etc. Antecedens patet.qr oēs q̄litates de quarta spē qualitatis vel recipiunt rōnem circuli triāguli vel non.imo recipiunt rōnem alicuius alterius figure.sed ille figure que recipiunt rōem circli vel trianguli non suscipiūt magis neq min⁹. ergo similiter neq alie que suscipiūt hās rōnes.minor patet qr q̄cūq recipiūt equalr rōem circuli vl tri anguli sunt eq̄liter circuli vl triāguli. sed q̄nq recipiunt rōem trianguli vel circuli recipiunt eam equaliter.ergo sunt equalr circuli vl triāglī et per cōns non suscipiunt magis neq minus.

Tertio sciēdū ē q circa hūc textum icidūt due difficultates. Prima ē vtrū quale et qualitas et gnālr abstractū et concretū faciāt diuersa predicamēta. Rndetur probabiliter q non. quia vnūquodq reponit in predicamēto scdm suā eēntiā.modo abstractū et cōcretū eādē eēntiā ipoītāt. et solū dnt per cōnotata.ergo nō faciūt distincta predicamēta. ¶ Secūda difficultas.vtrū qualitati in abstracto designate cōueniat suscipere magis et minus. Rndet ab aliquibus negatiue.sed q̄cūq forma suscipit magis et minus per habitudinē ad subm̄ quod informat. Quod confirmat cōnter tribus auctoritatibus. prima auctoritas ē actoris sex pricipiorum qui dicit q forma est in simplici et inuariabili essentia cons. Secūda ē aristotelis octauo metaphisice. vbi vlt q forme sint fūdamētaliter sicut numeri ita q sicut numerus stat in īdiuisibili sic q nihil sibi pōt addi vel remoueri qn variet species numeri.sic ē q forma est indiuisibilis cui nō pōt aliquid addi vel remoueri qn variet forma specifica. Tertia est in pdicamētis et est

auctoritas aristotelis vt argutũ ẽ ante oppositũ. Sed ab alijs rñdetur per vnã distinctionẽ. qꝛ forma abstracta a sbõ põt duplr̃ ꝯsiderari. vno mõ secũdũ gradũ eius specificũ precise: vt. s. ꝑscindit a suis suppositis. ꝛ tunc non suscipit magis ꝛ minus. sed ẽ idifferẽs ad oẽs gradũ idifferẽter. et sic de se nullũ hꝫ ꝑm. Alio modo põt ꝯsiderari forma scõꝫ gradus suos indiuisibiles quos hꝫ in suis suppositis. ꝛ sic sibi cõuenit suscipe magis ꝛ minus: verũtñ hꝰ gradus indiuisibiles nõ sunt de eẽntia forme lꝫ cũ ea sint ideꝫ eẽntialiter. sed sunt extra cõceptũ formalẽ ipsius forme a quibus forma gditatiue ꝑscindit ꝛ abstrahit. ꝛ ad duas ꝑmas auctoritates dicitur ꝙ intelligitur de forma ꝯsiderata q̃tũ ad eius eẽ specificũ ꝛ eẽ gditatiuũ eiꝰ. Et ad aristotelẽ ĩ ꝑdicamẽtis dicitur ꝙ aristoteles locutus ẽ de forma scõm ꝙ sibi cõpetit existere. Et qꝛ qualitas nõ existit naturaliter sine sbõ ideo dicit qualitatẽ suscipe magis ꝛ minus scõm eẽ qð hꝫ in sbõ ꝛ cõcretiue. Uel põt dici ꝙ ibidẽ aristoteles loqtur cũ ambiguitate vt clare patet intuenti.

**Conclusio** rñsalis. ꝓpriuꝫ ẽ qualitati hẽre ꝯriũ ꝛ suscipe magis ꝛ minꝰ. ꝓbatur. qꝛ oĩs forma hñs plures gradus ꝯpossibiles ĩ eadẽ parte subĩ suscipit magis ꝛ minus. sed qualitas est hꝰi vt patuit ĩ primo notabili. ergo suscipit magis ꝛ minus. Et ꝙ habeat contrariũ patuit in secundo nõbili.

**Primo** dubitatur. Utrũ idẽ vniuoce ꝯtineat̃ in gñe relatõis ꝛ ĩ gñe q̃litatis. Pro solutiõe huiꝰ supponẽdũ ẽ ꝙ aristoteles in hoc tertio puncto determinat de tertia spẽ qualitatis. ꝛ cõtinet tres ꝯclusiões. Quaꝝ prima ẽ hec. Propriũ ẽ qualitati scõm eam simile vel dissimile dici. Et ꝙ hoc sit maxime ꝓpriũ pꝫ. qꝛ secũdũ solas qualitates dicit̃ aliquid sĩle vel dissimile. ergo ꝓpriũ est q̃litati scõm eã simile ꝛ dissimile dici. ¶ Scða ꝯclusio tangit quãdã dubitationẽ. qꝛ possꝫ aliquis credere ꝙ aristoteles ĩsufficiẽter determinauit de relatiuis eo ꝙ determinãdo de q̃litate multa interposuit de relatiuis. naꝫ prius dictũ ẽ ꝙ habitus ꝛ dispositio nec sunt ad aliquid. et dicebat̃ ꝙ sunt in prima specie qualitatis. ¶ Tertia ꝯclusio tãgit duas solutões ꝑdicte dubitatõnis. Quaꝝ pria ẽ ꝙ aliqd dr̃ eẽ duobus modis. Uno mõ scõꝫ suũ genꝰ. et isto mõ habitus ꝛ dispõ sunt ad aliqd. Alio modo dicit̃ aliquid eẽ in gñe scõm se. ꝛ sic habitus et dispões sunt in gñe qualitatis. ꝛ ita nõ est incõueniẽs gña eẽ ad aliqd cũ tñ singula illorũ geneꝝ. s. spẽs ꝛ indiuidua nõ sunt ad aliquid. vt disciplina ẽ ad aliquid. qꝛ est alicuius disciplina. sed grãmatica nõ est ad aliquid. quia ñ est alicuius grãmatica. lꝫ sit alicuius disciplina. similiter musica nõ dicitur alicuius musica sed alicuius disciplina. Secũdo soluit̃ ꝑdicta dubitatio ꝑ interẽptionẽ. qꝛ nõ ẽ incõueniens idẽ eẽ quale ꝛ relatiuũ. ꝛ ideo non est icõueniens enumerari in vtrisqꝫ generibus. Dicitur tñ extra textũ ꝙ si aliquid implicꝫ in se rões diuersoꝝ geneꝝ ꝑdicamẽtaliũ nõ debet poni spẽs alicuius illoꝝ geneꝝ vt vult aristoteles quarto thopicoꝝ. sꝫ oportet sibi assignare genus ꝯpositũ ex rõibus illoꝝ ꝑdicamtoꝝ simplicium. Et ideo ad aristotelem posset dici ꝙ hic loquitur dubitatiue nihil asserendo. vel ꝙ intendit ꝙ aliquid quod potest esse proprie de vno genere ꝛ improprie de alio genere sicut habitus et dispositiones proprie sunt de genere qualitatis lꝫ improprie possent dici de genere relationis. et possent vocari relatiua secundum dici. et sic de alijs.

**Secundo** dubitat̃. Utꝝ forma remissa ꝛ posterius itẽsa maneat idem in numero. Et videtur ꝙ nõ. qꝛ si sic sequeret̃ ꝙ idem numero bis generaret̃. tenet ꝯñtia. qꝛ ꝑ oẽm motum generat̃ terminus ipius motus. sed per motum remissionis generatur forma remissa. et per motum intensionis generatur forma intensa. ergo si forma intensa ꝛ forma remissa sunt vna forma numero. sequitur ꝙ idem numero bis generabitur ¶ In oppositum tamen arguitur. quia nisi sic sequeretur ꝙ aliquid haberet esse de nouo cuius tamen non posset assignari aliqua causa per se. quod est inconueniens. Tenet cõsequẽtia. quia si ab aliquo calido remittat̃ frigidũ decem graduum in vno gradu tunc corrupto decimo gradu remanet frigidum remissum nouem graduum quod accepit esse d̃ nouo cum prius non fuerit. ex quo est aliud numero a frigido decem graduum. et tamẽ illius frigidi nouem graduum non videtur eẽ aliqua causa per se. ergo ꝛc̃. minor patet quia vel causatur per se a calido remittente decimum gradum. sed hoc non. quia nullum contrarium est causa per se cõtrarij. vel causat̃ a

frigido. sed hoc nō. quia vel hoc eēt a frigido p̄cedēte vel a frigido sequēte. sed hoc non qꝛ existente frigido nouē graduū nō āplius ē frigiduꝫ p̄cedēs. ꝛ nō dū ē frigidū sequēs. vł cāt ab aliquo frigido circūstante ꝛ p̄nte. sed hoc nō qꝛ possibile ē ꝙ nullū sit ibi p̄ns q̄re relinqtur ꝙ a nullo cābitur cū nō videat̄ aliqd aliō a quo posset cāri. Et ad priorē rōem rn̄r ꝙ per motū intēsionis lꝫ acqrat̄ nouus gradus non tn̄ noua forma. qꝛ vt patuit in p̄dicamēto. sꝫ licet vn⁹ gradus ab alio sepat⁹ sit forma. tamen vt ē cōiunct⁹ non ē forma sed solū ē po⁹ ꝑfectionis forme. ꝛ iō in motu quo res ꝑficit̄ vł maioratur nō acqrit̄ simplr̄ nouus termin⁹ licet rō terminandi possit nouiter acqri.

**Tertio** dubitat̄. vtrū sit p̄cisa rō suscipiendi magis ꝛ min⁹. Ad qđ varijs opinionib⁹ diuersis ꝓbablr̄ rn̄r. ꝙ rō p̄cisa suscipiēdi magis ꝛ minus ē latitudo graduuꝫ in forma specifica cōpossibiliū in eadeꝫ parte sbi. pꝫ qꝛ nihil extrinsecū forme vr̄ eē p̄cisa cā suscipiēdi magis ꝛ min⁹. ꝗ aliqd intrinsecum erit hꝰ cā. sꝫ nō aliqd ꝙ sit de ꝯceptu formali qꝛ ex quo tot⁹ ille ꝯcept⁹ includit̄ formalr̄ in quolibꝫ indiuiduo forme seq̄ret̄ qꝛ quodlibꝫ indiuiduꝫ seorsū hēret oēs ꝑfectōnes forme. ꝗ sibi ꝯuenit ꝑ aliqd qđ sic ē intrinsecū forme qđ nō ē extrinsecū aut accidētale respcū illi⁹ formę cꝰ sūt gradus. ꝗ ꝛc. Añs p̄ncipale pꝫ qꝛ qđcunqꝫ extrinsecū forme denoīat̄ a maioritate vel minoritate ipius forme vtputa subm dicitur magis vel min⁹ albuꝫ a maioritate vel minoritate forme albedinis ī eo exn̄tis. Et cōfirmat̄ per simpliciū in p̄dicamētis in capitulo de q̄litate. vbi cōmēdat architeꝫ. dicēs sic. mirabilis archites breui sermone cām ei⁹ qđ suscipit magl ꝛ min⁹ insinuat dicēs q̄litas enī infinitatem quādā ꝑticipat. iō scđm rōeꝫ ei⁹ hꝫ ꝙ suscipiat magis ꝛ min⁹ nō ex participātibus. ex quib⁹ v̄bis pꝫ clare ꝙ q̄litas suscipiat magis ꝛ minus pp suā infinitatē. hec auteꝫ infinitas non videtur eē nisi quedam latitudo graduum vel illimitatio forme.

**Ad rationes** Ante oppositū. Ad primam dicitur ꝙ sicut ī linea sunt tres ꝑtes quedā sūt potentiales sicut sunt partes eiusdē ꝓportionis ꝛ ille sunt īfinite. Alie sunt ꝑtes actuales que dicunt̄ partes eiusdem q̄litatis. Et iste sunt finite sic etiam in latitudine forme sunt quidam gradus potentiales qui sunt infiniti. Et alij sunt gradus actuales qui sunt finiti. Ad secūdaꝫ partꝫ solutō in scđo nōbili. ꝛ h̄ de tractatu q̄litatꝭ.



**Ueritur** Utrum habere contrariuꝫ ꝛ suscipere magis ꝛ min⁹ conuenienter assignētur ꝓprietates p̄dicamentoꝝ actionis ꝛ passiōis. ¶ Arguit̄ primo cōtra suppositū quia quecūqꝫ sūt idē realiter ꝛ numeraliter nō sūt predicamēta distincta sꝫ actio ꝛ passio sunt idem realiter ꝛ numeralit̄. ꝗ non sunt p̄dicamenta distincta. maior pꝫ qꝛ p̄dicamēta distinguūtur genere. ꝗ non sūt idē numero. minor patet quia actio ē act⁹ actiui. ꝛ passio est actus passiui. sed idem numero est actus actiui ꝛ passiui. pꝫ per aristotelē scđo de anima. igit̄ actio ꝛ passio sūt idē realr̄ numeraliter. ¶ Arguitur scđo ꝙ non habeāt cōtrarium qꝛ actio ꝛ passio non p̄nt eē termini motus. ꝗ non h̄nt contrariū. tꝫ ꝯn̄a quia de quolibet ꝛ ꝯtrario cōtigit moueri in aliud ꝯtrariū. añs pꝫ ꝑ Aristo. 3° phisicorum vbi vult ꝙ ad actioneꝫ non ē motus per se quia si sic motus eēt motus. Et per idē ꝓbatur ꝙ non suscipiūt magis ꝛ minus quia omnis forma intēsibilis vel remissibilis pōt esse per se terminus motus sed actio ꝛ passio non possunt eē termini motus. ꝗ non suscipiunt magis ꝛ minus. ¶ In oppositum est aristoteles in textu.

**Primo** sciendum est. ꝙ ꝑ declaratione quesiti ponūtur tres distinctiones. ¶ Prima est hec. duplex est respect⁹ quidā ē respectus intrinsecus adueniēs qui consurgit īmediate posito fundamento ꝛ termino. Alius est respect⁹ extrinsec⁹ adueniens qui non consurgit īmediate posito fūdamēto ꝛ termino. Sed requiritur aliqua alia dispositio vtputa approximatio terminorū vel hꝰ. ¶ Secūda distinctio duplex est actio. quedā ē transiens. ꝛ est illa q̄ de se respicit terminū. vel est illa q̄ est per se ꝓductia alicui⁹ termini. ꝛ talis actio est de predicamento actionis. Alia est actio īmanens que de se non respicit aliquē terminum. ꝛ est q̄dam q̄litas se habēs per modum actus scđi nullius termini ꝓductiua sed ipsa est finis ꝛ terminus ꝓductiu⁹. ꝛ talis actio est de genere qualitatis. ¶ Tertia est distinctio. duplex est actio quedam est que nihil aliud est q̄ꝫ respectus quo agens re

fertur ad patiens. ꝛ ista est predicamentuꝫ distinctum a passione. Alia est actio acta q̄ est quedam effectus prioris actionis. ꝛ illa idētificatur realiter cum passione. Et istam distinctionem videtur ponere simplicius super ꝑdicamenta querens q̄re facere ponitur in predicato ꝛ nō actio. Ad quod respondet ꝙ ideo ē ꝙ factio dicitur de actiōe ꝛ de effectu actionis. Ex quo seqtur ꝙ effectus actionis est factō. ꝛ non illa q̄ est predicamentum sed factio fctā.

Secundo sciendum est. ꝙ in hoc capitulo se expedit aristoteles de sex vltimis predicamentis. ꝛ continet duas conclusiones. Prima tangit duas proprietates actionis ꝛ passionis. ꝛ est hec. Recipit autem facere ꝛ pati ꝯtrarietatē. ꝛ etiam magis ꝛ minus. Prima pars patet. quia calefacere et frigefacere sunt contraria. similiter calefieri ꝛ frigefieri. ꝛ tamen ista sunt agere ꝛ pati. ergo agere ꝛ pati habent contrarium. Secūda pars patet quia aliquid dicitur magis vel minus calefacere. ꝛ aliqd magis ꝛ minus calefieri. sed ista sūt agere ꝛ pati. ergo agere ꝛ pati suscipiunt magis ꝛ minus. In secunda conclusione breuiter se expedit de quatuor vltimis ꝑdicamentis. ꝛ est hec. de situ dictum est in ꝑdicamento ad aliquid. De alijs autem nihil dicetur nisi ea que dicta sunt in primo capitulo hui⁹ tractat⁹ scilicet ꝙ hēre significat hitu atum eē vel calciatum eē. ꝛ vbi significat esse in loco. ꝛ sic de alijs.

Tertio notandum est. ꝙ circa hunc textum incidunt due difficultates. Prima est quid ē actio ꝛ qd est passio. Respōdetur ab actore sex principioꝝ ꝙ actio est forma accidentalis secūdum quā in id ꝙ subycitur agere dicimur. ꝛ passio est effect⁹ illatioꝫ actionis. ¶ Secunda difficultas. vtrū calefacere ꝛ frigefacere contrariētur. Et videtur ꝙ non qa conueniunt simul eidem subiecto. ergo non contrariātur. Añs pꝫ de aqua tepida cui si imp̄matur manus frigidissima ipsaꝫ calefaciet. Si vero sibi ponatur man⁹ calidissima ipsam frigefaciet. Respondetur ꝙ calefacere ꝛ frigefacere possūt dupliciť considerari. Uno modo pro per se significato ꝙ est ip̄a calefactio actiua ꝛ sic non contrariantur. Alio modo possunt capi pro denoiato siue ꝑ fundamento illarum actionum que sunt calefactio ꝛ frigefactio. ꝛ sic contrariantur. Et ratio distinctionis est quia nulli respectui in quātū respectus competit habere contrariū nec suscipere magis ꝛ minus. sed tātū sibi cōuenit per accidens rōe. s. fundamenti vel termini. vt si sint duo alba in alio ꝛ in alio gradu ꝑpter intensionem vel remissionem alicuius illarum albedinū intēditur vel remittitur similitudo q̄ est inter duo alba.

Conclusio respōsalis actio transiens formaliť accepta. s. ꝑ r̄spectu agentis ad passum ꝛ passio sunt ꝑdicamēta distncta qu ibus per accidens insunt predicte ꝑprietates. Pria pars patet quia hēnt sub se genera ꝛ species. ꝛ non habent aliquod genus supra se ꝛ habent etiam diuersos mōs denominandi substantiam agentem vel patientem. ergo sunt predicamenta distincta. Secunda pars pꝫ in secundo notabili. ꝛ ꝙ eis cōueniat per accidens pꝫ ex 3° notabili.

Primo dubitatur. vtrum actio ꝛ passio sunt entitates formaliter absolute vel respectiue. ꝛ videť primo de actione ꝙ sit entitas absoluta. qꝛ nullus respect⁹ est finis ꝛ vltima perfectio finis potētie actie sed actio est vltima perfectio et vltim⁹ finis potētie actiue scđm aristotelē nono metaphisice. vbi dicit. nō eni videmus vt visū habeamus. sed econtra. ideo habemus visuꝫ vt videamus. Ad dubium rñr ꝙ sunt respectus extrinsecus aduenientes. qđ ꝑbať quia illud ꝙ eēntialiter ē ad aliud ē eēntialiter respect⁹ sꝫ actio ē eēntialiter ad aliud. Nam impossibile est cōcipere actionē quin cōcipiať aliquid qđ fit per ipsā. modo dicit aristoteles ī ꝑdicamēto relationis ꝙ illud ꝙ nō pōt in se concipi nł lo alio concepto est eēntialiter rło. ergo actio erit eēntialiter respectus: ꝛ cōfirmať qꝛ oīs forma absoluta que pōt ab agente naturali ꝑduci in subo ꝑducitur mediāte actiōe de ꝑdicamento actiōis. Si igitur actio sit forma absoluta. ꝛ producatur ab agente naturali in sb̄iecto ꝑducetur mediāte actiōe. ꝛ sic actionis erit actio qđ est falsum. Sed ꝙ sit respect⁹ extrinsec⁹ adueniens pꝫ quia non consurgit immediate pōitis termino ꝛ fundamento. qꝛ posita potentia naturali actiua. ꝛ potentia passiua aq̄ nondū erit actio nisi adinuicem approximēť. Ponūt tñ quidā alio mō dr̄aꝫ iter respectuꝫ intrinsecus aduenientē ꝛ respectū extrinsec⁹ aduenientē qꝛ respectus extrinsecus

adueniēs est ille cuius alterū extremorū ē ꝑfectio extrinseca alteri⁹ vt agens aliquo modo extrinsece ꝑficit passū ꝛ locus locatū. ꝛ habitus subm̄ suū. ꝛ qñ. rez tpalem. sed respcūs intrinsecus adueniēs ē ille cuius alterū extremū nō ꝑficit extrinsece alterū sicut pꝫ discurrendo per oēs mōs relatōnis. Non eni duplū perficit didium nec ecōtra. lꝫ relatio dupli sit ꝑfectioꝛ relatione didy. Sil'r pr̄ inq̄tū pr̄ nō ꝑficit filium lꝫ perficiat ip̄m ꝑ actū gn̄ationis per quē filius accipit eē. non tñ̄ ꝑficit ipsuꝫ ꝑ respectum pr̄nitatis. Et ad rōem factā in oppositū. rñr per distinctionē maioris. qꝛ respectus pōt dupl'r ꝯsiderari. vno modo scd̄m se ꝛ formaliter vt. s. excludit suū terminū sicut calefactio excludit caloreꝫ gēitū. ꝛ sic nullus respectus ē vltima ꝑfectio nec finis alicui⁹. alio modo ꝯsideratur respectus nō vt excludit. sꝫ vt includit aliquo mō terminū quē attingit. ꝛ sic actio vel ēt respectus pōt eē vltima perfectio rei rōne termini quē attingit.

Secundo dubitaꝫ. Utruꝫ actio formaliter ꝛ subiectiue sit in agente ꝛ passio in ipso patiēte. ꝛ vr̄ ꝙ non. quia si sic sequeretur ꝙ agens iq̄ntū agēs patereꝫ. cōsequēs ē falsū. pꝫ tñ̄ ꝯña qꝛ agens inquantum agēs reciperꝫ actionē. ꝛ sic pateretur ab ea. ꝛ confirmaꝫ qꝛ si actio eēt in agēte ꝛ non transiret in passū tanq̄ȝ in subm̄. seq̄retur ꝙ ōis actō eēt imanēs qd̄ est falsū. Confirmaꝫ ēt per aristotelē scd̄o de aīa vbi dicit ꝙ actio ꝛ passio sꝫ in patiēte ꝛ non in agente. ¶ Ad dubiū rñr affirmatiue ꝙ ꝓbaꝫ qꝛ ōis forma realit ꝛ formaliter informās idē subm̄ pōt de illo ꝑdicari ꝛ ip̄m denoīare. ḡ si actio sit realiter ꝛ formalit i patiēte seq̄tur ꝙ patiens inquantuꝫ patiens erit agēs. Confirmaꝫ qꝛ in eo ē actio subiectiue in qua ē p̄nci^m^ elicitiuū act⁹. sed in agēte est actiuitas q̄ ē potentia ad eliciendū actū. ergo actio ē in agente subiectiue. Et ad p̄mam rōeꝫ in oppositū rñr per distinctionē qꝛ forma dupliciter pōt recipi in aliquo. vno mō mediāte passione. ꝛ sic tūc illud ꝙ sic recipit formā patitur. alio modo pōt forma recipi in alio non mediāte passione. sed tm̄ mediāte inherentia illius forme recepte in subo q̄ qdē inherentia ē de genere relationis. ꝛ in tali receptione recipiens non patiꝫ. sic aūt actio recipiꝫ in agente ꝛ non p̄mo mō. ¶ Ad secūdā rñr ꝙ actio potest dupl'r dici imanēs vno mō formal'r. s. ꝙ formaliter maneat in agente. ꝛ sic ōis actio est imanēs. Alio mō pōt actio dici imanēs causaliter qꝛ. s. nihil relinquiꝫ extra se. ꝛ sic nō ōis actio ē imanēs. ꝛ ad auctoritatē aristo. ꝛ consimiliter ad oēs vidētes hoc idē sonare diciꝫ ꝙ intelligiꝫ de actione acta. ꝛ nō de actiōe q̄ ē respectus. Ex quo pꝫ ꝙ actio ꝛ passio realiter distinguūꝫ qꝛ sunt duo respectus in diuersis subiectis realiter subiectati.

**Secundo** Dubitaṫ. vtrū oīs propō ī q̄ predicaṫ ꝓpria passio đ suo p̄mo et adeq̄to subiecto sit īmediata: ⁊ sola talꝭ sit de scđ₃ ꝙ ipsū. ¶ Quātū ad priā₃ ꝑtē rn̄detur ꝑ vnā distīctōnē ꝙ duplex ē propō imediata. q̄dā est imediata imediatōne cāe qn̄ scil₃ subiectū ē cā essētialis ⁊ īmediata respectu p̄dicati. sic ista. oīe aīmal rōnale ē risibile. ⁊ sic propō ī q̄ predicaṫ passio de suo prio subiecto nō ē imediata. cū sit demōstrabilis. Alia est imediata imediatiōe subiecti ī q̄ sc₃ predicatū īest suo prio subiecto. ⁊ sic oīs ꝓpō ī q̄ predicatur ꝓpria passio de suo proprio subiecto ē imediata. et pōt demōstrari ꝑ principia essētialia subiecti. ¶ Quātū ad scđā₃ partē dubij rn̄deṫ p̄mittēdo quīqꝫ distictōnes. ¶ Quaꝝ pria est. subiectū passionis ē duplex. quoddā ē primū. cui sc₃ p̊ inest ipsa passio. Aliud ē nō primū: de quo nō prio predicaṫ ipsa passio. ¶ Scđa distictio. subiectū primū ē duplex. quoddā est primū primitate adeq̄tionis de q̊ prio et adeq̄te siue cōuertibiliter predicaṫ ipsa passio. Aliud ē primū primitate ꝑfectiōis qꝛ scil₃ ē perfectius īter oīa quib⁹ īnest ipsa passio. ¶ Tertia distinctio. duplex ē subiectū nō primū. quoddā est nō primū propṫ inadeq̄tionē. eo ꝙ de ipso nō ꝯuertibiliter predicaṫ ipsa passio. Aliud ē nō primū ꝓpter īhesionē qn̄ sibi nō inest passio nisi qꝛ prio īest alteri. vt calefactiuū prio īest calori. et ꝑ calorē īest igni. ideo ignis ē subiectū nō primū calefactiui. ¶ Quarta distictō duplex ē subiectū nō primū ꝓpter iadeq̄tōnē quoddā ē qđ excedit passionē. sicut aīal ē subiectū nō primū risibilitatꝭ. Aliud ē nō primu₃ qđ excediṫ a passione. et sic sortes ē subiectū nō primū risibilitatꝭ. hic aūt ē sermo de subiecto prio primitate adeq̄tiōis. ¶ Quīta distinctio. ad predicationē de scđ₃ ꝙ ipsū tria requiruṅt. prio ꝙ predicatū sit de omi. 2° ꝙ sit de ꝑ se. et tertio ꝙ talis ꝓpō equaleat reduplicatiue in q̄ subiectū ē reduplicatū. sed talis reduplicatia vocaṫ propō de scđ₃ ꝙ ipsū. ¶ Tūc respōdeṫ ad dubiū ꝙ nō sola propō in q̄ predicatur ꝓpria passio de suo subiecto prio ē de secūdū ꝙ ipsū. patet. qꝛ ista ē de scđ₃ ꝙ ipsū rōnale ē risibile. et tn̄ nō predicaṫ propria passio đ suo p̊ subiecto. g̊ ⁊c̄. maior pat₃. quia sibi ꝯueniunt tres ꝯditiones pri⁹ posite. predicatū ei cōueit subiecto đ oī. de ꝑ se. ⁊ cū h̄ ista reduplicatiua rōnale ꝭm qđ rōnale ē risibile: ē v̄a. g̊ ⁊c̄.

**Tertio** Dubitaṫ. quot modis differunt ꝓportio et ꝓportionabilitas. et ꝯmutata ꝓportio. ¶ Rn̄deṫ ꝙ sic differūt. qꝛ ꝓportio ē cōparatio vni⁹ quātitatꝭ ad aliā. vt ꝯparatio q̄ttuor ad duo. vel sex ad tria dr̄ esse ꝓportio. Ex q̊ patet ꝙ in q̄libet ꝓportiōe sunt duo termī. sc₃ quātitas q̄ ꝯparaṫ. et quātitas cui ꝯparaṫ. S₃ ꝓportionabilitas ē habitudo duaꝝ ꝓportionū adiuicē. vt dicēdo sic se hn̄t q̄ttuor ad duo: ita se hn̄t sex ad tria. Ex q̊ pat₃ ꝙ in qualib₃ ꝓportiōabilitate sūt q̄ttuor termi. qꝛ ī qualib₃ ꝓportionabilitate sūt due propōnes. et in q̄libet ꝓpōne sūt duo termi. g̊ ī q̄libet ꝓportionabilitate sūt q̄ttuor t'mī. quoꝝ duo se hn̄t sic añcedentia. ⁊ alij duo se hn̄t sic ꝯseq̄ntia. qđ pat₃ ī exēplo dicto. nā isti duo termi q̄ttuor ⁊ sex se hn̄t sic añcedētia. ⁊ alij duo termi se hn̄t sic ꝯseq̄ntia. Uerū ē tn̄ ꝙ ē q̄da₃ ꝓportionabilitas ꝯiūcta seu ꝯtinua in q̄ sunt tātū tres termī. vt sic se hn̄t tria ad sex: ita sex ad duodecī. Alia ē ꝓportionabilitas disiūcta siue discōtinua ī q̄ sūt q̄ttuor termī disticti. vt sicut se habent duo ad quattuor: ita se hn̄t sex ad duodecī. S₃ ꝯmutata ꝓportō ē ꝯpatio duorū añcedētiū ⁊ duoꝝ ꝯn̄tiū alicui⁹ ꝓportionabilitatis adiuicē. vt dicēdo. sicut se habent q̄ttuor ad duo: ita se hn̄t sex ad tria. g̊ ꝑmuta-

tā proportionē sicut se habēt quattuor ad sex ita se habēt duo ad tria. ⁊ ī ista ꝯmutata ꝓportione fūdatꝰ locꝰ a transmutata ꝓportione.

**Ad rationes** Ante oppositū. ¶ Ad p̄mā rn̄det distiguendo maiorē. q2 duplex ē demōstratio. q̄dā est ꝓpt̄ gd ⁊ potissima ī q̄ sc3 ꝺmonstratꝰ propa passio de suo pⁱo ⁊ adeq̄to subiecto per diffinitionē q̄ditatiuā subiecti. ⁊ sic negatꝰ maior. Alia ē demōstratio ꝓpter gd nō potissima in q̄ demonstratur qđcūq3 scibile per causā imediatā ⁊ necessariā et sic ꝯcedit maior. sed negatur ꝯn̄a. ¶ Ad scđa3 dicitꝰ ꝙ habere tres ē tm̄ scibile d̄ ysocbele per accidēs ⁊ sophico mō. sed p̄ scitꝰ d̄ triāgulo. ¶ Ad tertiā ꝯceditꝰ ꝙ causa demonstratꝰ per effectū demōstratōne q2: sed non demōstratiōe propter gd que ꝓp̄e facit scire.



Queritur Utrū demonstratio ꝓcedat ex necessarys. ¶ Et videtꝰ ꝙ n̄. quia aliq̄ ꝓpōnes ex qbꝰ fit demōstratio sūt affirmatiue de iesse et de p̄sēti quaꝝ subiecta p nullo supponere pn̄t. ergo tales pn̄t esse false. et per ꝯn̄s demōstratio nō ꝓcedit ex necessarys. an̄s patet de propōibꝰ ꝯstitutis ex istis subiectis. rosa. nix. pluuia. ¶ Scđo arguitꝰ. q̄libet ꝓpō pōt nō esse vera. g̊ nulla ē necessaria. ⁊ per ꝯn̄s demōstratio nō procedit ex necessarys. an̄s pat3. q2 q̄lib3 ꝓpō pōt nō esse. g̊ q̄lib3 ꝓpō pōt nō esse v̄a. ¶ Tertio argꝰ sic. ista ē cōtingēs hō est aīal. ⁊ tn̄ ex ipsa ꝓcedere pōt demōstratio. g̊ ⁊c̄. maior patet. q2 bn̄ seq̄tur hō ē animal. g̊ hō ē cōpositꝰ ex corpore ⁊ aīa. ꝯn̄s ē ꝯtingēs. g̊ et an̄s. ¶ In oppositū est aristo.

**Primo** Sciēdū est ꝙ tertiꝰ tractatꝰ in quo ostēdit aristo. ex quibꝰ ⁊ q̄libus debeat procedere demōstratio ꝯtiet q̄nq3 capitula. ¶ In quoꝝ p̄ on̄dit premissas demōstratiōis esse necessarias ⁊ ex his q̄ sūt per se. et cōtinet quattuor ꝯclusiōes. Quaꝝ pⁱa ē hec. demōstratio procedit ex premissis necessarys. Probatꝰ quattuor rōnibꝰ. et vno signo. Pⁱa ratio est hec. oē ipossibile aliter se habere scitꝰ ex necessarys. sed oē qđ scitꝰ ē ipossibile aliter se habere. g̊ oē qđ scitꝰ ex necessarys scitꝰ. Scđa rō. qcq̄d procedit ex his q̄ sūt p se procedit ex necessarys. sed demonstratio ꝓcedit ex his que sūt per se. g̊ procedit ex necessarys. maior patet. q2 p̄dicata q̄ per se insūt necīo isūt rebus. idest subiectis. nā q̄cūq3 p̄dicata isūt per se aut sūt simplicia. et tūc sunt de qđq̄d est subiecti. vel subiectū ē de quodq̄d ē illaꝝ. ⁊ sic necessario insūt. vel illa p̄dicata sūt icōposita. ⁊ talia necessario insūt. q2 necesse est alteꝝ oppositoꝝ sēper iesse subiecto. ¶ Ex qbꝰ ifert duo correlaria. Primū ē istud. si illud qđ scitꝰ sit ipossibile aliter se habere. g̊ oport3 demonstrationē esse ex necessarys. 2m correlariū. sillogismꝰ nō demōstratiuꝰ potest esse ex vis. sed nō ex necys. q2 propriū ē sillo demōstratio esse ex necessarys. Probatꝰ ꝯn̄ter dictā cōclusionē signo. q2 nos ꝓponimꝰ istātias ꝯtra opinātes demōstrare nisi procedant ex necessarys. sed hec instātia nulla esset nisi oporteret pⁱcipia demōstratiōis esse necīa. g̊ ⁊c̄. Ex q̄ infert vnū correlariū. ꝙ illi sūt stulti q̄ bene opinātꝰ accipere pⁱcipia demōstratōis capiēdo solū ꝓpōes probabiles et veras. sic sophiste q̄ f̄m linconiēsē putāt se ꝺmōstrare. Hāc ꝯclusionē sciēs nouit q̄d est sciētia. arguēdo sic. scire ē sciētiā habere. sed h̄n̄s aliq̄d nouit illud qđ habet. ergo sciēs nouit quid ē scia. h̄ argumētatio ē cōtexta ex ꝓpositione vera ⁊ probabili solū ideo nō ē demonstratio. q2 pⁱcipiū demōstrationis nō est ꝓpō ꝓbabilis. nec ēt p̄ncipiū sciētie. nō eni pⁱcipiū sciētie solū debet esse verū sed debet esse p̄mū et propriū circa illđ qđ demōstratꝰ. ¶ Cōseq̄nter adducit tertiā rōnē sūptā a cā ad ꝓbādū dictā ꝯclusionē. q2 oē sciens ꝯclusionē demōstratōis deb3 h̄re mediū ꝓpter q̄d illiꝰ cōclusiōis. sed nō ē possibile h̄re ꝓpter q̄d ꝯclusiōis necīe nisi p mediū necessariū. ergo oportet demōstratōnē ꝓcedere ex necessarys. ¶ Quarta rō. si aliq̄s nō scit ꝯclusionē q̄ tn̄ nō est corruptꝰ nec alicuiꝰ est oblitꝰ et ꝯclusio ē salua ⁊ habet idē mediū qđ prius habuit talis nūq3 sciuit illā ꝯclusionē. sed sciēs p mediū ꝯtingēs pōt nō scire cōclusionē. l3 nō sit corruptꝰ nec alicuiꝰ sit oblitꝰ. ⁊ res sit salua et habeat eādē rationē. g̊ cōclusio nō poterit sciri per mediū ꝯtigēs. sed solū per mediū necessariū. mior patet. q2 cū mediū sit ꝯtigēs aliq̄n corrūpetꝰ. et sic nō sciet ꝯclusionē. q2 nō ēs non ē pⁱcipiū scīe. et licet mediū non sit actu corruptū tn̄ ex q̄ ē cōtigēs poterit aliquando corrūpi. mō possibili posito in esse nullū debet seq̄ ipossibile. et tn̄ si tale mediū ponatꝰ in esse sc3 ꝙ sit corruptū siue falsificatū seq̄retꝰ icōueniens sc3 ꝙ p mediū falsū sciet conclusionē ne

cessariã. ¶ Scđa conclusio. qñ conclusio ē necessaria nihil prohibet mediū per qđ sillogizatur non eē necessariū. qꝛ sicͭ veꝝ potest sillogizari ex falsis. ita conclusio necessaria potest sillogizari ex ñ necessarijs. ¶ Tertia ꝯº. si medium sit necessariū ꝯclusio erit necessaria. Patet. quia sicut ex v̄is sēper sillogizat̄ veꝝ. sic ⁊ ex necessarijs sēper seq̄t̄ necessariū. ¶ Quarta conclusio. si cōclusio ñ sit necessaria: nec mediū erit nec̄iū. Patet. qꝛ si ꝯclusio ñ sit necessaria: vel p̄missе erūt nec̄ie. vel non. si ñ habet̄ ꝓpositū. si sic. ḡ conclusio erit nec̄ia ꝑ conclusionē p̄cedētē. et per ꝯñs eadē conclō erit necessaria. ⁊ non nec̄ia. qđ ē impossibile. Et de ħ ponit aꝝ. exēpluꝫ in istis terminis. a. b. c. ¶ Conseq̄nter recapitulando infert duo correlaria. Primū. oꝫ đmonstrationē ꝓcedere ex nec̄ijs: si ꝯclusio sit nec̄ia. qꝛ impossibile ē scire đ conclusione neq₃ propt̄ qd neq₃ qꝛ: nisi ꝑ mediuꝫ nec̄iū. 2ᵐ correlariū. accipiēs mediū nec̄iū: et opinās ꝙ ñ sit necessariū non habet sciētiā sine procedat ꝑ imediata siue per mediata.

# Secundo

Scieudū ē ꝙ in scđo capitulo hui⁹ tractat⁹ ōñdit aristoteles ꝙ demonstratio ē ex his q̄ sūt per se. ⁊ signanter q̊ ad ꝯclusionē. et ꝯtinet duas conclusiones. ¶ Quaꝝ prima ē ħ. conclusio đmōstrationis ē eoꝝ q̄ per se insūt. Probat̄ duab⁹ rationib⁹. Quaꝝ prima ē ħ. qꝛ si ꝯclusio demonstrationis esset illoꝝ q̄ per accidēs insūt seq̄retur ꝙ conclusio đmonstrationis ñ esset nec̄ia. ꝯñs ē contra pri⁹ probata. ḡ oꝫ conclusionē demonstrationis eē illoꝝ accidētiū que isūt ꝑ se scđo⁰. qꝛ qđcūq₃ aliud accñs potest ñ ineē. ḡ si ex talib⁹ esset conclusio demonstrationis ipsa essꝫ contingēs ⁊ ñ nec̄ia. ¶ Contra hoc obicit aꝝ. probādo ꝙ ex p̄missis ꝯtigētib⁹ sequatur ꝯclusio nec̄ia. qꝛ đ p̄missis cōtingētib⁹ fit iterrogatio vt ex ipsis ꝯcessis ꝓcedat̄ ad cōclusionē iferēdā. ḡ licet ex p̄missis ꝯtigētib⁹ absolute sūptꝭ nō seq̄t̄ ꝯclu⁰ nec̄ia: tñ ex p̄missis ꝯtingētib⁹ iťrogatꝭ ⁊ cōcessis bñ seq̄t̄ ꝯ⁰ nec̄ia. Rñder aristo. ꝙ licet ex p̄missis cōtigētib⁹ interrogatꝭ et cōcessis seq̄t̄ cōclusio nec̄ia nec̄itate cōseq̄ntie. nō tñ nec̄itate ꝯseq̄ntꝭ. de q̄ nec̄itate ē ī ꝓposito sermo. Scđa rō. qꝛ đmōstratō fit ex nec̄ijs. sed illa sola sūt nec̄ia scđ₃ vnūqđq₃ ge⁹ entꝭ q̄ insūt vnicuiq₃ gñi ꝑ se. ḡ demōstratio ē ex his q̄ sūt ꝑ se. mioꝛ pꝫ. qꝛ oē qđ iest aut iest ꝑ se aut ꝑ accñs. sed illa q̄ insūt per accñs nō sūt necessaria. relinq̄t̄ ḡ ꝙ illa sola sūt necessaria. ergo insūt ꝑ se. ¶ Ex ħ ifert aristo. ꝙ ille sillo⁹ nō facit scire propt̄ qd cui⁹ premisse sūt cōtingentes. licet ipse sint vere. sicut sūt sillogismi procedētes ꝑ aliq̄ signa. vt si ꝓbet̄. ꝙ oē ꝯpositū ex elemn̄tis ē corruptibile sic arguēdo. oĩe qđ antiq̄tur tēpore ē corruptibile. sed oē ꝯpositū ex elemētꝭ ātiq̄tur i tēpore. ḡ oē tale ē corruptibile. nā lꝫ illi⁹ sillogismi vel ꝯsil̄is p̄misse sēper sint v̄e. qꝛ tamē ille p̄misse non sūt per se ideo talis sillo⁹ ñ facit scire propt̄ qd. Qđ probat aristo. qꝛ scire ꝓpter qd ē scire ꝑ cām. modo tales p̄misse ex q̊ nō sūt per se sed contingētes non sūt cā alicui⁹ conclusiōis scibilis q̄ debet esse per se. ḡ per huiusmodi p̄missas nō scitur ꝓpter qd cōclusio. ¶ Scđa ꝯclu⁰ scire propter qd ē scire primū iesse tertio scđꝫ ꝙ ipsum. propter illud ꝙ primū iest medio. et medium tertio scđm ꝙ ipsū.

# Tertio

Sciēdū ē ꝙ circa hūc textū incidūt tres difficultates. ¶ Quaꝝ pria ē ħ. videt̄ eñi aristo in probatiōe p̄me ꝯclusiōis scđi capituli cōmittere duo incōueniētia. p̄mo ꝙ petit pricipiū. 2⁰. qꝛ videt̄ cōmittere circulū. qꝛ pri⁹ ꝓbauit đmōstratōnē esse ex nec̄ijs eo ꝙ ē eoꝝ q̄ ꝑ se insūt. nūc autē ꝓbat demonstrationē esse eoꝝ q̄ per se isūt. qꝛ ē necessarioꝝ. ¶ Rñdetur ꝙ nō ē incōueniēs qñ aliq̄ ꝯclusio demonstratur ꝑ diuersa media ipsā accipi ad demonstrādū circulariter vnū illoꝝ medioꝝ. mō aristoteles pri⁹ probauit demonstrationē esse necessarioꝝ. nō solū qꝛ ē eoꝝ q̄ ꝑ se isūt. sed etiā ex diffinitione ipsius scire. ⁊ ille modus ꝓbandi siue đmonstrādi fuit potissim⁹ et propt̄ qd. nūc autē demonstrat ꝯclusionē esse eoꝝ que sūt per se eo ꝙ ē necessarioꝝ. ita ꝙ ille modus demonstrādi sit qꝛ tm̄mō nō ē conueniēs circulo đmōstrare mutādo đmonstrationē propter qd i demonstrationē qꝛ. Uel possꝫ dici ꝓbabilit̄ ꝙ aristo. bñ probat demonstrationeꝫ non esse ex his q̄ sūt ꝑ accidēs eo ꝙ ē ex necessarijs. non autē probat demonstrationē eē ex his q̄ sūt per se. ¶ Scđa difficultas. q̊t sūt cause corruptiōis sciētie. Rñdet̄ ꝙ sunt q̄ttuor q̄ pñt elici ex q̄rta ratione adducta ad probandū primā conclusionē p̄mi capitulꝭ. Pria causa ē corruptio sciētis. vt per mortē vel insaniā corrupto eñi subiecto corrūpūt̄ accidētia illius subiecti. Scđa ē corruptio seu falsificatio ꝯclusiōis scite. Tertia ē corruptio rei significa

te per conclusionē. qꝛ corrupto obiecto alicuius habit⁹ corrūpit etiā ille habitus. Quarta causa ē obliuio sciētis. Et potest poni alia scꝫ variatio medij. ¶ Tertia difficultas. vtrū omnis ꝓpositio per se sit necessaria. et cō. Rñdetur probabiliter ꝙ non. imo se hñt sicut superius ⁊ inferi⁹. quia omīs propō per se est nec̄ia sed nō omnis ꝓpositio nec̄ia ē per se. 2ᵐ patet quia ista rationale ē aīmal. et multe ꝯsimiles sūt necessarie. et tamē non sūt per se. cū predicatū nec sit ð diffinitōe subiecti. nec passio ei⁹.

**Conclusio** Responsalis. Demonstratio procedit ex necessarijs. Hec ꝯclusio satꝭ patet ex rōib⁹ textus.

**Primo** Dubitatur. vtrum sit possibile demonstratorē descendere de genere in gen⁹. ¶ Pro solutione supponit̄ ꝙ tertiū capitulū in quo aristo. ōñdit ꝙ demonstratio debet procedere ex ꝓprijs cōtiet tres partes. ¶ Quaꝝ p̄ria contiet vnicā ꝯclusionē q̄ ē hec. Non ē possibile demonstrātē descēdere de vno gñe in aliud gen⁹. sic intelligēdo ꝙ demonstrās aliquā passionē de subiecto alic⁹ sciētie non potest eā demōstrare ð subiecto alteri⁹ sciētie. Pro cui⁹ probatiōe premittit vnā ꝓbationē. scꝫ ꝙ in q̄cūqꝫ demonstratōne tria sunt necessaria. vnū ē id quod demonstrat̄. s. conclusio. ⁊ ē illud quod iest alicui generi per se. et per conclusionē solū intelligit passionē. aliud ē dignitas. sūt autē dignitates principia ex q̄bus fit demonstratio. Tertiū ē gen⁹ subiectū. cuius passiones et per se accidētia ostendit demonstratio. Ex q̄bus infert ꝙ principia ex q̄bus ē demonstratio ꝯtingit eē eadē in diuersis sciētijs. et hoc debet itelligi de p̄cipijs cōib⁹ et nō proprijs. Conseq̄nt̄ probat dictā conclusionē trib⁹ ratōnib⁹. Quaꝝ p̄ria q̄ sumitur ex parte subiecti ē hec. q̄cq̄d habet gen⁹ ꝓpriū. i. subiectū propriū circa quod fit demonstratio ñ descēdit de gñe in gen⁹. sed dmōstrator in q̄libet scia habet ge⁹ propriū circa quod fit demonstratio. ḡ non contingit demonstratorē descēdere de genere in gen⁹. maior patet qꝛ quoꝝ genus ē alteꝝ etiā demonstrationes sunt alie. et per ꝯñs non contingit illas demōstrationes ꝯuenire. mior patet exēplariter. qꝛ geometria ē circa magnitudines. et arismetica ē circa numeros. ḡ passiones ipsaꝝ non possunt conuenire nisi dicat̄ ꝙ magnitudīes sūt numeri. i. ꝙ magnitudines contineāt̄ sub numeris sicut inferi⁹ sub suo superiori. quo dato sequeret̄ ꝙ geometria q̄ ē de magnitudinib⁹ contineret̄ sub arismetica q̄ ē de numerꝭ. ⁊ sic contingeret per p̄icipia arismetica demōstrare in geometria passionē de subiecto. Qualit̄ autē vna scia contineat̄ sub alia patebit infra scꝫ in p̄io capitulo hui⁹ tractat⁹. Ex his infert aristo. ꝙ si demōstrator debeat descēdere tūc debet esse idē gen⁹ subiecti. Secūda ratio q̄ sumit̄ ex parte principioꝝ ē hec. in oī demōstratione nec̄e ē mediū et extrema esse eiusdē generis. ḡ principia non possūt esse diuersoꝝ generū. et per ꝯñs ñ ē possibile descēdere de genere in gen⁹. añs patet. qꝛ si non essēt eiusdem generis tūc p̄misse non essēt per se sed eēnt accidētia. i. per accñs. Ex q̄ infert aristo. ꝙ geometria non potest demonstrare ꝙ contrarioꝝ eadē sit scia. neqꝫ ꝙ duo nūeri cubi sit vn⁹ cub⁹. ⁊ gñaliter in vnaq̄qꝫ scia non potest demonstrare id quod ē alteri⁹. nisi subiectū vni⁹ sciētie contineat̄ sub subiecto alteri⁹. qꝛ tunc vna scia potest demonstrare id quod ē alteri⁹ sicut subiectū ꝑspectiue cōtinet̄ sub subiecto geometrie. qꝛ subiectū ꝑspectiue ē linea visualis ⁊ radiosa. subiectū vō geometrie est linea. similit̄ subiectū armonice. i. musice quod ē numer⁹ sonor⁹: ꝯtinetur sub subiecto arismetice quod ē numer⁹. Tertia ratio sumit̄ ex ꝑte passionis ⁊ ē hec. ille q̄ considerat passiōes ꝯuenientes gñi scibili secūdū ꝙ ipsū ñ descēdit ð genere i gen⁹. sꝫ q̄libꝫ demonstrator in q̄libꝫ sciēntia demonstrat passiones ꝯueniētes gñi scibili s̄m ꝙ ipsū. ḡ non ē possibile demonstrātē descēdere de gñe i gen⁹. maior pꝫ. qꝛ tale ꝓcedit ex ꝓprijs p̄ncipijs. mior pꝫ. qꝛ demōstratō ñ demonstrat de lineis p̄dicata q̄ ñ ꝯueniūt lineis s̄m ꝙ linee sūt. vt ñ demonstrat de linea recta ꝙ sit pulcherria lineaꝝ. vel ꝙ ꝯriet̄ līee circulari. qꝛ illa p̄dicata ñ ꝯueniūt linee s̄m ꝙ linea ē. sꝫ secūdū ꝙ līea ē subiectum cōmune. ¶ Ex his respondetur ad dubiū ꝙ non contingit demonstrantē descendere de vno genere in aliud genus. nisi subiectū scientie subalternantis ⁊ subiectū subalternate sint idē simplr̄ vel quodā modo. Dicuntur autē genera subiecta esse eadē simpliciter qñ vnū ē iferi⁹ simpliciter respectu alteri⁹. sic species ē iferior respectu gñis. Sed gña dicūt̄ esse eadē q̄dā mō qñ vnū est iferi⁹ q̄dā mō respectu alterius. sic pars i mō est quodā mō inferior ad suū totū.

**Secundo** Dubitatur. vtrũ sit possibi
le distictas scientias habere
eadẽ principia. ¶ Pro solutõe premittit̃ ꝙ cu
iuslibꝫ scie duplicia sũt pricipia. q̃dã sũt prici-
pia cõplexa. sic̃ sũt dignitates. Alia sũt princi-
pia icõplexa. cuiusmodi sunt subiectũ ⁊ passio
¶ Intelligẽdo d̃ pricipiys ꝯplexꝭ rñdet̃ ꝑ tres
distictiones Quaꝝ pria ẽ h̃. duplicia sũt princi
pia ꝯplexa. q̃dã sũt ꝓpria q̃ cõstituũt̃ ex diffio
ne essẽtiali subiecti. et q̃dã ꝯmunia q̃ cõstituũ
tur ex termis cõiorib' ⁊ ṗorib' subiectꝭ. ⁊ vtrũ
ꝗ mẽbrũ subdiuidit̃. nã pricipia diuersaꝝ sci
entiaꝝ esse ꝓpria põt duplicit̃ itelligi. vno° ꝙ
illa pricipia sint ꝓpria ꝯclusiõib' diuersaꝝ scia
rũ. et sic diuerse sciẽtie nõ habẽt eadẽ pricipia
ꝓpria. Alio° põt itelligi ꝙ illa sint ꝓpria vni cõ
clusioni et ꝯia vni alteri. ⁊ sic disticte scie bene
habẽt eadẽ pricipia ꝓpria. Similit̃ distictarũ
sciaꝝ esse eadẽ pricipia ꝯmunia potest dupli-
citer itelligi. vno° scd̃m eãdẽ ꝯtractionẽ. Alio
mõ s̃m diuersas ꝯtractõẽs. sic̃ arismetica ꝯ̃bit
ad numeros illud principiũ. si ab eq̃lib' eq̃lia
demãt̃. sed geometria illud idẽ pricipiũ ꝯ̃bit
ad magnitudĩes. ¶ Si v̓o dubiũ q̃rat de prici-
piys icõplexis: rñdet̃ par duas distictõẽs. q̃rũ
pria ẽ hec. Distictaꝝ sciaꝝ esse idẽ subiectũ po
test dupl̃r itelligi. vno° ꝙ sint idẽ per ꝯtinẽtiã
ita ꝙ subiectũ vni' cõtineat̃ sub subiecto alte-
ri'. et sic ẽ possibile distictas scias habere idẽ
subiectũ. sic̃ patꝫ de scia subalternãte. ⁊ subal-
ternata. Alio° põt intelligi ꝙ ṗmũ ⁊ adeq̃tum
subiectũ passionũ vni' scie sit primũ ⁊ adeq̃tũ
subiectũ passionũ alteri' scie. et sic distictaꝝ sci
entiaꝝ nec̃io sũt disticta subiecta. cũ distinctio
scie sumat̃ ex distictõne subiecti. ¶ Scd̃a disti
ctio. Distictaꝝ sciẽtiaꝝ esse eãdẽ passionẽ põt
duplicit̃ itelligi. vno° ꝙ eadẽ passio demõstret̃
de distictꝭ subiectis pris ⁊ adeq̃tis. et sic nõ est
possibile. saltẽ vtraq̃ demõstratõne exñte po
tissima. Alio° ꝙ passio vni' scie demõstret̃ de
subiecto illi' sciẽtie tãq̃ de subo p̊. ⁊ de subo al
teri' scie tãq̃ de subiecto nõ p̊. et sic diuerse sci
entie pñt habere eãdẽ passionẽ. Et addit terti
um modũ q̃ñ. s. passio subiecti vni' scie fit sub-
iectũ alteri' scie. et sic iteꝝ ẽ possibile disticta-
rũ sciaꝝ habere eandẽ passionẽ.

**Tertio** Dubitat̃. q̃d sit numerus cubus
Rñdet̃ ꝙ ẽ ille q̃ resultat ex du
ctu vni' numeri i seipsũ bis. sic̃ octonari' ẽ nu
mer' cub' resultãs ex ductu binary i seipsum
bis. nã bis duo bis: sũt octo. Similit̃ vigitise-
ptẽ est numer' cub' resultans ex ductu t̃nary
in seipsũ bis. nã ter tria ter sũt vigitiseptẽ. mõ
si vnũ istoꝝ numeroꝝ cuboꝝ ducat̃ in aliũ nu
merũ cubũ. vt deducẽdo octies vigiti septẽ. et
vigesies septies octo resultat vn' terti' nume
rus cub'. scꝫ ducẽtũ sexdeci. et iste numer' cu
bus iteꝝ resultat ex ductu senary i seipsũ bis.
nã sexties sexsexties faciũt ducẽtũ ⁊ sexdeci.
Et sic patꝫ ꝙ ex ductu vni' numeri cubi i aliũ
numeꝝ cubũ resultat vn' terti' numer' cub'.
sed h̃ ꝓbare habet arismetric'. ⁊ nõ geomet̃.

**Ad rationes** Ante oppositũ. ¶ Ad p̊
mã negat̃ ꝯñs cũ ei' ꝓ-
batiõe. q꞉ lꝫ rosa nix ⁊ pluuia possint nõ esse q̃
tũ ad eẽ exñtie. nõ tñ quãtũ ad eẽ essẽtie. mõ i
ꝓpõe d̃mõstratia t̃mi nõ supponũt ꝓ suis sup-
positꝭ vt actualit̃ existunt. sed supponũt ꝓ his
vt precidũt ab actuali existẽtia. ¶ Ad scd̃aꝫ di
cit̃ ꝙ lꝫ quelꝫ ꝓpõ possit nõ esse. ⁊ per ꝯñs nõ
esse vera nec necessaria nec̃itate aut veritate
formali ⁊ intrinseca. nõ tamẽ nec̃itate aut ve-
ritate extrinseca ⁊ obiectiua. ¶ Ad tertiã d̃r ꝙ
licet actualis ꝯpositio ex corꝑe ⁊ aĩa sit ꝯtin
gẽs: nõ tamẽ ꝯpõ aptitudĩalis. vt alias patuit.



**Queritur** Utrũ aliq̃ dif-
finitio nata sit
esse tota ꝯclusio v̓lis demon-
strationis. ¶ Et videt̃ ꝙ nõ. q꞉
diffinitio põt demõstrari d̃ suo
diffinito in dary. ergo saltẽ dif
finitio aliq̃ñ erit ꝯclusio ꝑticularꝭ. ⁊ nõ vniuer
salis. ¶ Scd̃o arg̃r. diffio nõ dicit aliq̃d esse v̓l
nõ esse. vt patuit superi'. g̊ nõ ẽ ꝯclusio v̓lis de
mõstratõis. ¶ Tertio sic. diffio ẽ predicatũ dy
aleticũ natũ termiari ꝑ artẽ dyaleticã. vt patꝫ
prio thopicoꝝ. g̊ non est ꝯclusio demõstratio-
nis. ¶ In oppositũ ẽ aristo.

**Primo** Sciẽdũ ẽ ꝙ ꝓ declaratiõe t̃mi
noꝝ ponũtur tres distictiõẽs. Quaꝝ pria est.
Duplex ẽ v̓litas. q̃dã ẽ v̓litas distributõis ⁊ p̊
oristica. Alia ẽ v̓litas inhesionis ⁊ analetica. ⁊
isto° illa ꝓpõ dicit̃ v̓lis cui' p̃dicatũ iẽst subic-
cto s̃m ꝙ ipsũ. ⁊ sic q̃libꝫ ꝯ° cuiuslibꝫ d̃mõstra
tõis ꝓpter q̃d ⁊ potissime ẽ v̓lis. Ex q̊ patꝫ ꝙ
q̃rere vtrũ ꝯ° demõstratõis sit v̓lis: ẽ querere
vtrũ ꝯclusio demõstrationis sit scd̃m ꝙ ipsum.
¶ Scd̃a distictio. diffio potest capi dupl̃r. vno
mõ ꝓ oratione indicãte et declarãte essẽtiam
diffiniti. ⁊ sic diffinitio nõ potest esse principiũ

nec ↄclusio demõstratõis.nec ēt tota ðmõstra
tio.licet tñ bñ sit mediũ ðmonstratõis vel p̄di
catũ ↄclusiõis. Alio° põt capi diffinitio ꝓ vna
totali ꝓpõne in q̃ p̄dicat̃ diffinitio de suo diffi
nito.et sic diffinitõ põt esse pͥcipiũ vel ↄ° de
mõstrationis. ¶ Tertia distictio.q̃druplex est
diffinitio.quedã ē data per cãȝ finalē.alia per
causã efficiētē.alia per cãȝ formalē.et alia per
cãȝ materialē. Jlla aũt ꝓpõ in q̃ p̄dicat̃ diffio
materialis de diffinito põt ðmõstrari ꝑ causã
formalē.et formalis ꝑ efficiētē.⁊ efficiēs per fi
nalē. Cui° ratio põt esse scðȝ linconiensē. qꝛ de
mõstratio debet procedere ꝑ cãm.mõ species
siue forma ē cã materie. et efficiēs cã forme.⁊
finalis cã efficiētis inquãtũ efficiēs ē. cũ sit p̄n
cipiũ motiuũ efficiētis ad agēdũ.vt pȝ 2° phisi
coꝝ. Vñ p̊ de aĩa tres assignãt̃ diffinitões ire.
Pͥa ē materialis q̃ ē h̄. Jra est ebulitio siue a
scēsus sanguis circa cor. Alia ē diffinitõ forma
lis.q̃ est h̄. Jra ē appetit° vindicte ꝓ dolore.⁊
per illã formalē põt diffinitio materialis sic ð
mõstrari.oīs appetit° vīdicte pro dolore ē ebu
litio sãguis circa cor.sed i ira ē appetit° vīdicte
pro dolore.g̊ ira ē ebulitio sanguis circa cor.et
ista diffio formalis ē p̄ncipiũ ðmõstratõis. sed
materialis ē ↄclu° demõstratõis. Tertia v̊o ē
ↄposita ex vtraq;.et ē h̄. Jra ē ascēsus sanguis
circa cor ꝓpter appetitũ ↄtrarij doloris. ⁊ ista
tertia diffinitio ē tota ðmõstratio.idest ↄtinēs
oēs termios positos i p̄dicta ðmõstratiõe.scȝ
maiorē extremitatē.miorēȝ. et mediũ. Dr̃t tñ
positiõe a ðmõstratõe in h̄ ꝙ ðmõstratõ ↄtiet
illos termios scðȝ ꝙ ordinant̃ in mõ et figura.
sed predicta diffinitio nõ sic ↄtinet illos.

**Secundo** Sciendũ ē ꝙ in scða ꝑte hu
ius capituli oñdit ↄclusionēȝ
demõstrationis esse ꝑpetuã. et ↄtinet q̃ttuor
ↄclusiones. Quaꝝ pͥa ē h̄.ðmõstratio ē ex ꝓ
positionib° perpetuis.pȝ.qꝛ oē vl'e ē perpetuũ
sed ðmõstratio ē ex vl'ib°.g̊ ē ex perpetuis. et
per ↄsequēs ↄclusio ðmõstratiõis nec̄cio erit ꝑ
petua.qꝛ ex perpetuo nõ seq̃t̃ nisi ꝑpetuũ. Ex
hac ↄclusiõe ifert aristo. correlarie scðaȝ ↄclu
sionē q̃ ē h̄.corruptibiliũ non ē scia neq; ðmõ
stratio simplr̃ sed solũ scðȝ accidēs.pȝ. qꝛ si cõ
clusio ðmõstratiõis eēt corruptibilis tũc nec̄e
esset aliquã p̄missaꝝ esse corruptibilē ⁊ nõ vni
uersalē.qð ē cõtra cõclusionē p̄cedētē. ¶ Ter
tia cõclusio.corruptibiliũ nõ ē diffinitio. pȝ.qꝛ
corruptibiliũ nõ ē demonstratio. ergo nec dif
finitio.tȝ conseqūntia.qꝛ q̃dã diffio ē principiũ
demonstrationis.alia ē conclusio.et alia ē tota
demonstratio sola positione dr̃ns. ¶ Quarta
conclusio tangit rēotionē cuiusdã dubij. qꝛ di
ctũ ē perpetuoꝝ et icorruptibiliũ eē ðmõstra
tionē et sciaȝ.ideo posset aliq̄s dubitare an eo
rũ q̃ fiũt sepe vel freq̄nt̃ possit haberi scia.cuȝ
talia non sint sēper. Rñdet aristo.ꝙ eoꝝ q̃ fre
quēter sũt inquãtũ freq̄nter fiũt non ē scia. sȝ
inquãtũ sēper.qꝛ scðȝ ꝙ i demonstratione sũt
sēper sũt.licet scðȝ se non sint sēper. sȝ solũ ꝑȝ
partē.sicut sunt defectus lune.

**Tertio** Sciēdũ ē ꝙ circa hũc textũ inci
dunt due difficultates. Quaꝝ p̄ma incidit cir
ca probationē p̄me conclusionis.⁊ ē h̄. vtrũ se
q̃tur. demonstratio ꝓcedit ex vl'ib°.g̊ ex ꝑpe
tuis.et arguit linconiēsis ꝙ non. qꝛ ðmonstra
tio procedit ex vl'ib° repertis in singularib°. sȝ
vl'ia reꝑta in singularib° sũt corruptibilia.er
go ðmonstratio erit ex corruptibilib°. sȝ ꝓce
dat ex vl'ib°. ¶ Ad hãc obiectionē adducit lin
coniēsis q̃ttuor modos soluēdi.q̊ꝝ vltim° est.
licet vl'ia sint simplr̃ corruptibilia ad corrupti
onē singulariũ:tñ sũt incorruptibilia successi
ue.pͥa pars pȝ.qꝛ vl'ia in seipsis non corrũpũ
tur.sed cũ indigēt singulari tãq; differēte cor
rũpũt̃ ꝑ corruptiõeȝ dr̃ntis corruptibilis. 2ª ps
patet.qꝛ sēper manēt vl'ia per continuã succes
sionē singulariũ.et ad huiusmodi ↄtinuã suc
cessionē saluãdũ dicit ꝙ species q̃ sũt i aliq̄b°
regionib° corrũpũt̃ in hyeme. sic musce ⁊ hui°
modi saluãtur et ꝑmanēt in alijs locis hñtibus
tēperiē.non ei est hora tēporis qui in aliq̃ par
te terre sit tēperies ⁊ tp̄s aptũ gñationi.qð sic
nittit̃ suadere.qꝛ species oēs sũt de ꝑfectione
essētiali vniuersi.g̊ oportet oēs sp̄s in oi hora
manere.aliogn vl'itas mũdi q̄ñq; esset cõple
ta ⁊ q̄ñq; incompleta.qð ē icõueniēs. ¶ Scða
difficultas. q̊ mõ itelligit̃ illud dictũ text° ꝙ
eoꝝ q̃ sepe fiũt ē scia non iquãtũ sepe sed iquã
tũ sēper fiũt. Rñdet̃ ꝑ distinctionē.qꝛ illa que
sunt sepe pñt duplr̃ considerari. vno° in vl'i.et
sic sũt sēper. Aliomodo i particulari.⁊ sic sunt
sepe.et non sēper. Hũc tñ modũ reprobat lin
coniēsis.qꝛ vl'e non põt saluari nisi in aliq̊ suo
rũ singulariũ.g̊ ⁊ si eclipsis in singulari non sit
nec etiã erit i vl'i. Aliter rñdet egidi° ð roma
qꝛ illa q̃ sũt sepe pñt cõsiderari dupliciť. vno° i
quãtũ i effectu.⁊ sic sũt sepe. ⁊ non semꝑ. Alio
modo vt sũt i suis ratõib° cãlibus.⁊ sic sũt sēꝑ.

Contra hũc modũ arguit liconiẽsis. qꝛ nulla
particularꝭ eclipsis ẽ sẽper i suis rõnibꝰ cãlibꝰ
Itẽ qꝛ vel ille cãe sẽper sũt nate ꝓducere talẽ
effectũ. ⁊ sic sẽper ꝓducũt ipsũ. ⁊ ꝑ ꝯñs ille ef
fectꝰ erit sẽper ꝓductꝰ. qꝺ ẽ ꝯ oppionẽ. vł ille
cãe nõ sũt nate ꝓducere illũ effectũ. ⁊ tũc vł il
le effectꝰ erit sẽper ꝓductꝰ vel ñ. si nõ: hẽt pro
positũ. si sic. ğ effectꝰ aliqñ erit ⁊ ñ erit ꝑ causã
qꝺ ẽ icõueniẽs. Ideo alr̃ rñdꝫ liconiẽsis ꝙ de
illis q̃ sepe fiũt põt eẽ scia tanq̃ꝫ de rebꝰ signifi
catꝭ. de qbꝰ tñ sũt ꝓpões ꝑpetue. i. nũq̃ꝫ falsifi
cabiles. Ista eĩ ꝓpõ: q̃tiẽscũq̃ꝫ terra iterponit̃
iter solẽ ⁊ lunã ẽ eclipsis. ẽ ve scita ⁊ ꝑpetua i
astrologia. Et si obiciat̃ qꝛ ẜm eũdẽ liconiẽsẽ
visibiłe ẽ oẽs spẽs i oĩ hora manere. sꝫ eclipsis ẽ
spẽs. ğ sẽper erit eclipsis. Rñdet liconiẽsis ꝙ
illa ꝓpõ itelligit̃ de specie significãte aliquaꝫ
ꝑfectionẽ. mõ eclipsis cũ sit priuatio ñ signifi
at aliquã ꝑfectionẽ.

## Conclusio

Rñsalis. aliq̃ diffinitõ na
ta ẽ eẽ ꝯº vłis ꝺmõstratõis. pꝫ. qꝛ aliq̃ diffinitõ
nata ẽ p̃dicari i ꝯclusiõe ꝺmõstrationis ꝺ sbo
ẜm qꝺ ipsũ. ğ nata ẽ eẽ ꝯclusio vłis ꝺmõnis.

## Primo

Dubitat̃. vtrũ ꝯtingat vnũqꝺ
q̃ꝫ ꝑ vnũqꝺq̃ꝫ ꝺmõstrare. Pro
rñsiõe supponit̃ ꝙ aristo. i tertia ꝑte huiꝰ capi
tuli oñdit ꝺmonstrationẽ ñ ꝓcedere ex ꝯibus
et continet q̃ttuor cõclusiõẽs. ❡ Quaꝝ pria ẽ
h̃. demõstratio ꝓcedit ex ꝓpꝛys pꝛicipys. ꝓba
tur q̃ttuor rõibꝰ. Pꝛia est h̃. qcq̃d procedit ex
his q̃ sũt per se ⁊ de scꝺꝫ ꝙ ipsũ ꝓcedit ex pro
pꝛys. sed demõstratio ꝓcedit ex his q̃ sũt ꝑ se
et de scꝺm ꝙ ipsũ. ğ ꝓcedit ex ꝓpꝛys p̃ncipys
mioꝛ pꝫ. qꝛ nisi sic seq̃ret̃ ꝙ ꝯtingeret vnãquã
q̃ꝫ ꝯcłonẽ ꝺmõstrare ex vnoq̃q̃ꝫ pꝛinº. qꝺ ẽ fłꝫ.
Ex hac rõne ifert aꝝ ꝙ ñ oĩs sillᵒꝰ ꝓcedẽs ex
vis idemõstrabilibꝰ et imediatꝭ ẽ demõstratõ
Scꝺa rõ. si ꝺmõstratio ꝓcederet ex cõibꝰ tũc
ꝯtigeret demõstrare thetragonismũ. i. circula
re esse eq̃le q̃drato sic̃ brisso ꝺmõstrabat. sꝫ h̃
ẽ icõueiẽs. ğ ⁊c̃. maioꝛ pꝫ. qꝛ ratio brissonis fie
bat per mediũ ꝯẽ qꝺ ꝯueiebat alteri ab extre
mis: ⁊ ita ñ ꝓcedebat ex ꝓpꝛys. Fuit eĩ talis rõ
brissonis. vbicũq̃ꝫ ẽ iueire maiꝰ ⁊ minꝰ ibi ẽ iue
nire eq̃le. sed ẽ iueire q̃dratũ maiꝰ circulo qꝺ
scꝫ describit̃ ex̃ circulũ. ⁊ ẽ iueire q̃dratũ minꝰ
circulo qꝺ scꝫ describit̃ ifra circulũ. ğ ẽt ẽ iueĩ
re q̃dratũ mediũ qꝺ erit eq̃le circulo. pꝫ eĩ qꝛ
licet illiꝰ sillͥ p̃misse sint ve ⁊ idemõstrabiles
tñ ñ sũt de ꝑ se. qꝛ maiꝰ ⁊ minꝰ cõueniũt alys a
figura. ideo illa rõ ñ ẽ ꝺmonstratia. Tertia rõ.
illud qꝺ scit̃ ꝑ mediũ cõe descẽdẽs i aliud geᵒ
ñ scit̃ nisi scꝺꝫ accidẽs. sꝫ demõstratio nõ facit
scire scꝺꝫ accidẽs. ğ ꝺmõstratio non ꝓcedit ex
pꝛicipys cõibꝰ. maioꝛ pꝫ. qꝛ nihil scit̃ scꝺꝫ ꝙ ip
sũ nisi cognoscat̃ ex pꝛicipys illiꝰ ẜm ꝙ illiꝰ. vt
habere tres debet sciri de triãgło ex pꝛicipys
q̃ insũt triãgulo scꝺꝫ ꝙ triãgulꝰ. Quarta ratio
q̃ñcũq̃ꝫ mediũ ẽ in eadẽ ꝓximitate cũ extreis
tũc ꝓcedit̃ ex ꝓpꝛys. sed i ꝺmõstratõe mediũ
ẽ i eadẽ ꝓxĩtate cũ extremis. ğ oĩs ꝺmõstratõ
ꝓcedit ex ꝓpꝛys. mioꝛ pꝫ. qꝛ nisi sic seq̃ret̃ ꝙ
p̃dicatũ nõ ineẽt ꝑ se subiecto. ❡ Scꝺa ꝯº rẽo
uet q̃ddã dubiũ. qꝛ ꝯtigit ꝺmõstrare aliq̃d i ar
monica ꝑ arismeticã. ğ nõ oꝫ mediũ eẽ i eadẽ
ꝓxĩtate cũ extremis. Rñdet aꝝ. ꝙ nulla ꝯº ar
monice põt demõstrari ꝑ pꝛicipia arismetrice
sũpta simplr̃. i. icõtracte. sꝫ debẽt ꝯhi scꝺꝫ exi
gẽtiã subiecti armonice. Ex q̃ ifert aꝝ. dr̃iaꝫ i
ter sciaꝫ suꝑioꝛẽ ⁊ iferioꝛẽ. qꝛ scie suꝑioꝛis ẽ de
mõstrare ꝓpt̃ q̃d. sꝫ iferioꝛꝭ ẽ ꝺmõstrare ipsuꝫ
qꝛ. ❡ Ex h̃ ifert aꝝ. tertiã cõclusionẽ p̃ncipalẽ
huiꝰ ꝑtꝭ. q̃ ẽ h̃. nõ cõtigit demõstrare simplicit̃
vnũqꝺq̃ꝫ ex vnoq̃q̃ꝫ pꝛicipio. sꝫ q̃libꝫ ꝯº ꝺmon
strat̃ ex suis pꝛicipys ꝓpꝛys q̃ ꝓpꝛia pꝛicipia
hñt aliq̃ pꝛincipia ꝯia ꝑ q̃ põt ꝓbari. illa autẽ
ꝯia pꝛicipia cõsiderant̃ in scientys ꝯibꝰ. cuius
modi sũt dyaletica ⁊ methaphica. ❡ Quarta
ꝯº nulliꝰ sciẽtꝭ ẽ ꝺmõstrare pꝛicipia sua ꝓpꝛia.
Patꝫ tribꝰ medys. Pꝛimũ. qꝛ pꝛincipia ꝓpꝛia
sũt pꝛia in illa sciẽtia. ğ i eadẽ sciẽtia ñ ꝯtigit il
la ꝺmõstrare. 2ᵐ mediũ. qꝛ notitia oĩm q̃ cõsi
derãt̃ in illa scia ꝺpẽdet ex illis pꝛincipys. 3ᵐ
mediũ. qꝛ pꝛicipia magꝭ sciũt̃ q̃ꝫ q̃cũq̃ꝫ alia. ex
h̃ infert p̃eminẽtiã methaᶜᶜ ad alias scias. qꝛ
methaᶜᵃ facit magꝭ scire ⁊ ẽt maxie scire. eo ꝙ
ipsa ꝓcedit ex suꝑioꝛibꝰ cãis. ❡ Ultio infert p̃
mã ꝯcłonẽ hꝰ capłi ꝺclaratã q̃ ẽ h̃. nõ ꝯtigit de
mõstrãtẽ ꝺscẽdere ꝺ vno gñe in aliud geꝰ nisi
sicut dictũ ẽ. s. qñ subiecta sũt eadẽ simplr̃ vel
q̃dã mõ. sic̃ ꝯtigit geometrã ꝺscẽdere i metha
phicas vel ymaginatias vł speculatias scias.
etiã arismeticũ ꝯtingit ꝺscẽdere i armonicaꝫ
ꝑ artes mechãicas vł ymagiatiuas intelligit
illas sciẽtias q̃ sũt ꝺ machinis et alys ingenys
bellicosis qbꝰ dimicãt̃ castra. sꝫ ꝑ speculatias
intelligũt̃ sciẽtie ꝑspectiue. ⁊ alie huiusmodi.

## Secũdo

Dubitat̃. vtrũ in q̃libꝫ sciẽtia
opoꝛteat ꝺ pꝛincipys illiꝰ scien
tie sẽper q̃d ẽ ⁊ qꝛ ẽ p̃suppõere. ❡ Pro rñsione

ſupponit̃ ꝙ ar̃.in h̄ q̃rto caplõ ꝺteriat ꝺ p̃rici
pijs tã ꝓprijs q̃ꝫ ꝯib⁹ ꝺmõſtratõis.ꝛ ꝯtꝫ ꝺuas
ptes. In q̃ꝝ p̃ria itẽdit ſeptẽ ꝯclões.¶ Pria ẽ
h̄.ꝺifficile ẽ cognoſcere an ſciam⁹ vel nõ.pꝫ.q̃ꝛ
nõ ꝯtigit ſcire aliquã cõcluſionẽ niſi p ꝺmon/
ſtrationẽ ꝓcedẽtẽ ex ꝓprijs p̃ricipijs.ſꝫ ꝺiffi/
cile ẽ cognoſcere an hẽam⁹ ꝓp̃ria p̃ricipia cõ/
cluſiõis ſcibilis.ğ ꝺifficile ẽ nos cognoſcere an
ſciam⁹ vel nõ.maioꝛ pꝫ.q̃ꝛ ſepe opinamur nos
ſcire ſi hẽam⁹ ſill̃ꝫ ex p̃ris v̄is ꝛ imediatl.ſꝫ i h̄
fallimur.q̃ꝛ cũ h̄ reqrit̃ ꝙ talia p̃ricipia ſint p
p̃ria reſpectu ꝯclõnis ꝺmõnde.¶ Scꝺa ꝯ° tã
git ꝺiffionẽ p̃ricipioꝝ.ꝛ ẽ h̄.p̃ria p̃ricipia ſũt il
la q̃ cũ ſint v̄a ñ ꝯtigit ea ꝺmõſtrare.¶ Tertia
ꝯ° ꝯpat principia ꝺmõſtratõis tã ꝯplexa q̃ꝫ in
cõplexa adiuicẽ penes ꝯueniẽtiã ꝛ ꝺr̃iaꝫ.Con
ueniũt eñi i h̄ ꝙ ꝺ oib⁹ p̃ricipijs tã ꝯplexl q̃ꝫ in
cõplexl p̃ſuppõit̃ qd ſignificẽt.ſed ꝺr̃nt.q̃ꝛ de
q̃buſdã.ſ.de ſb̃o ꝛ ꝺignitate p̃ſupponit̃ q̃ꝛ ſũt.
ſꝫ ꝺe alijs.ſ.de paſſionib⁹ ꝺemõſtrat̃ q̃ꝛ ſũt.pꝫ
exẽplarit̃.q̃ꝛ de vnitate ꝛ linea in geometria
p̃ſupponit̃ qd ſignificẽt.ꝛ ſimilit̃ ꝺ r̃cto ꝛ cur/
uo.tñ ꝺ r̃cto ꝛ curuo ꝺmõſtrat̃ q̃ꝛ ẽ.¶ Quarta
ꝯ° tãgit vnã ꝺiuiſionẽ principioꝝ.ꝛ ẽ h̄.princi
pioꝝ ꝺmõſtratõis q̃dã ſũt ꝓp̃ria vnicuiq̃ꝫ ſcie
ſpãli. Alia v̄o ſũt cõia ꝺiuerſis ſciẽtijs ſpãlib⁹
ex^m ꝺ ꝓprijs.vt linea ẽ lõgitudo ſñ latitudine
ꝛ ꝓfũditate.ex^m de ꝯib⁹.vt ſi ab eq̃lib⁹ eq̃lia
auferas reliq̃ ſũt eq̃lia. ¶ Quita ꝯ° oñdit q̃lit̃
ꝺmõſtratoꝛ vtat̃ principijs ꝛ ẽ h̄.ꝺmõſtratoꝛ
nõ vtit̃ p̃ricipijs ꝯib⁹ i ſua ꝯitate manẽtib⁹.ſꝫ
vt ſũt ꝯ̃cta ad ꝓp̃riũ ge⁹ illi⁹ ſcie ſpãlis.vt ariſ/
metica ꝯ̃hit iſtõ p̃ricipiũ ꝯẽ.ſi ab eq̃lib⁹ eq̃lia
ꝺemas ad numeros.ꝛ geometria ꝯ̃hit ipſũ ad
magnitudies ¶ Sexta ꝯ° tãgit ꝺiffionẽ ꝓp̃rio
rũ p̃ncipioꝝ.ꝛ ẽ h̄.ꝓp̃ria p̃ricipia ſũt illa ꝺ q̃b⁹
ſuppõit̃ q̃ꝛ ſũt.ꝛ ꝺ q̃b⁹ i vnaq̃q̃ꝫ ſcia ꝺmõſtrãt̃
paſſiones.vt vnitas i ariſmetica.ꝛ ſigna.i.pũ/
cta.ꝛ linee i geometria.ſil̃r ꝺ paſſiõib⁹ ſuppõit̃
qd ſignificẽt.vt ariſmetica ſuppõit qd ſignifi/
cẽt par ꝛ ipar.ꝛ qd ſignificẽt triãgl̃s ꝛ q̃ꝺrãgu
lus vel cub⁹.i geometria qd ſignificet rõale id
eſt ꝯmẽſurabile.ꝛ ẽt qd ſignificet r̃flexũ ꝛ cur
uũ.¶ Septia ꝯ° q̃ ẽ rñſiua ad ꝺubiũ ẽ h̄.nihil
ꝓhibꝫ q̃ſdã ſcias ꝺmõſtratias p̃dicta tria p̃ri/
cipia ꝺeſpicere.ita ꝙ i p̃ricipio libroꝝ ñ oꝫ illa
tria p̃ſcribi.nec ſp oꝫ ꝙ ꝺoctoꝛ illa tria p̃oꝛdiet
apud ꝺiſcipulũ.cui⁹ rõ ẽ.q̃ꝛ q̃ñq̃ꝫ i ſciẽtijs illa
ſũt manifeſta ꝛ mãifeſte accepta apꝺ oẽꝫ adi/
ſcẽtẽ abſq̃ꝫ eo ꝙ p̃ſcribãt̃ vel p̃ri⁹ ꝺoceãt̃.iõ ſu

perfluũ eẽt p̃ſcribere vel p̃docere.v̄bi g̃ra.i a/
riſmetica opoꝛtet ſpecialẽ mẽtõnẽ faciẽdo ꝺe
numero ſupponere q̃ꝛ ẽ.eo ꝙ nõ ſit ꝺ ſe mani/
feſtũ numeꝝ eẽ.ſꝫ ꝙ calidũ vl̃ frigidũ ſit ñ oꝫ
p̃ſuppõere faciẽdo ſpãlẽ mẽtionẽ in ſcia.q̃ꝛ ad
ſẽſũ notũ ẽ calidũ vl̃ frigidũ.ſil̃r ñ ſẽper ẽ acci
pere.i.p̃ſupponere ꝺe paſſionib⁹ qd ſignificẽt
q̃ꝛ int̃ꝺũ ſũt mãifeſte.ſil̃r nec ꝺ principijs coi
b⁹ oꝫ ſẽp p̃ſuppõere q̃ꝛ ſũt aut qd ſignificẽt.ſi
cut ꝺ illo p̃rin°.ſi ab eq̃lib⁹ ꝛc̃.q̃ꝛ illꝺ p̃rin^m ꝺe ſe
ẽ mãifeſtũ. Uerũtñ addit ar̃.ꝙ lꝫ h̄ tria i p̃n/
cipijs libroꝝ nõ p̃ſcribãt̃.nec ẽt ꝺoctoꝛ apꝺ ꝺi
ſcipulũ ea p̃oꝛdinet ꝺicẽdo ꝺiſciplõ: tu ꝺebes
ſuppõere ꝺ ſb̃o qd ẽ ꝛ q̃ꝛ ẽ.ꝺe paſſiõe qd ẽ.ꝛ ꝺ
ꝺignitate q̃ꝛ ẽ.tñ in ꝺmonſtratione ꝺebẽt illa
p̃ſuppõi ac ſi eẽnt p̃ſcripta vel apud ꝺiſcipulũ
preoꝛdinata.

**Tertio** Dubitat̃.vt^m ꝯtra ꝺignitatẽ poſ/
ſit inſtãtia ferri.¶ Et videt̃ ꝙ ſic.q̃ꝛ cuilibꝫ ꝓ/
poſitioni ẽ alia ꝓpõ ſibi oppoſita.ğ ꝯtra ꝺigni
tatẽ ꝯtingit opponere.ꝛ per ꝯñs inſtãtia ferri.
¶ Pro rñſiõe ſuppõit̃ ꝙ ar̃.in ſcꝺa p̃te h⁹ ca/
pituli ꝯpat principia ꝺmõſtratõis adiuicẽ pe/
nes ꝺr̃iaꝫ.ꝛ intẽdit q̃ttuoꝛ cõcluſiões.¶ Pri/
ma ẽ h̄.ꝺignitas ñ ẽ ſuppõ neq̃ꝫ petitio.pꝫ ꝺua
b⁹ rõib⁹.Pria.q̃ꝛ ꝺignitas ẽ p̃rin^m qꝺ necẽ ẽ v̄i
ficari ꝓpt̃ ipſũ.ꝛ qꝺ necẽ ẽ eẽ veꝝ ꝓpt̃ ipſũ.ſꝫ
ſuppõ ꝛ petitio ñ ſũt ita.ğ ꝺignitas nõ ẽ ſuppõ
neq̃ꝫ petitõ.Sꝫ h̄ nõt licoñ.ꝙ cognoſcit̃ v̄itas
ꝓpõis a^{nc} cũ videt̃ idẽtitas i ſb̃a ſubiecti ꝛ p̃di
cati.ita ꝙ eadẽ res ipoꝛtet̃ p ſb̃ꝫ ꝛ p̃dicatũ.co
gnoſcit̃ ẽt necẽitas ſill̃i cũ videt̃ idẽtitas vtri⁹
q̃ꝫ extrẽi cũ t̃mio me⁹ i q̃cũq̃ꝫ ğ ꝓpõe vel ſillõ
ſũt mãifeſte idẽtitates ille p ſe ꝛ ab^{te} illa ꝓpõ
ẽ ꝺignitas.ꝛ ſill̃s ꝺr̃ p̃fect⁹. 2^a rõ.ſuppõ ꝛ peti
tio p̃ñt ꝓbari p rõeꝫ ext̃ioꝛẽ.ñ aũt ꝺignitas.ğ
ꝛc̃.b^{or} pꝫ ꝺuab⁹ rõib⁹.Pria ẽ.q̃cq̃d põt ꝓbari
p rõeꝫ ext̃ioꝛẽ idiget ſillõ.ſꝫ ꝺignitas ñ idiget
ſillõ.ğ ꝺignitas ñ põt ꝓbari p rõeꝫ ext̃ioꝛẽ. 2^a
rõ.ꝯ̃ qꝺlibet qꝺ põt ꝓbari p rõnẽ ext̃ioꝛẽ põt
ferri iſtãtia.ſꝫ ꝯ̃ ꝺignitatẽ ñ põt ferri iſtãtia.ğ
ꝺignitas ñ põt ꝓbari p rõnẽ ext̃ioꝛẽ. ¶ 2^a ꝯ°.
tãgit ꝺr̃iaꝫ int̃ ſuppõnẽ petõnẽ ꝛ q̃õnẽ.ꝛ ẽ hec
ſuppõ ẽ ꝓpõ ꝺmõſtrabilis accepta vt ideꝫ mõ
ſtrabil̃.ꝺũ tñ ſit ꝓbabilis adiſcẽti.ꝛ talis nõ ẽ
ſuppõ ſimpl̃r ſꝫ ſolũ q̃ ad adiſcẽtẽ. Sꝫ petitio
ẽ ꝓpõ cui adiſcẽs nec aſſentit nec ꝺiſſẽtit opi/
nãdo ꝯ̃riũ ei⁹.Queſtio v̄o ẽ ꝓpõ ꝓbabil̃ cuius
ꝯ̃riũ opinat̃ adiſcẽs.¶ 3^a ꝯ° tangit q̃ñq̃ꝫ ꝺr̃ias
inter ſuppõnẽ ꝛ ꝺiffinitõnẽ.¶ Pria ẽ.ſuppõ ſi

gnificat esse vł nō eē. diffi io v̄o non. Scđa dr̄a. suppō ē ꝓpō. ſʒ diffio nō. Tertia. qꝛ suppō accipiť ꝑ itellectū cōponētē. diffio v̄o ꝑ itellectuʒ simplicē. Quarta dr̄a. qꝛ suppō ē de numero p̄missaꝝ qb⁹ exn̄tib⁹ nec̄e ē cōclusionē eē. ſʒ diffinitio nō. Quita dr̄a. suppō ē vl̄is vel ꝑticularis. nō aūt diffio. ¶ Quarta cōclusio tāgit rēotionē duoꝝ dubioꝝ. q̊ꝝ pri^m est qꝛ aristo. videtur inuere ꝙ suppō sēꝑ ē v̄a. et tn̄ geometˀ supponit lineā esse bipedalē vel rectā. q̄ tn̄ non ē. R̄n̄det aꝝ. ꝙ geometˀ nō vtiť suppōne fl̄a qꝛ nihil demōstrat ð linea ꝑticulari. ſʒ solū ð liea vl̄i. ¶ Scđm dubiū. qꝛ aliqs posset credere ꝙ vl̄e esset seꝑatū a singularib⁹. R̄n̄det aꝝ. ꝙ n̄ nā vl̄e nō ē vnū ex̄ multa ſʒ ē vnū in mult]. ex quo ifert tres ꝯdōnales. ⁊ vnā cathegoricam. Pria cōdōalis. si nō est h̄. i. singl̄are: nō ē etiaʒ vl̄e. Scđa ꝯditiōalis. si vl̄e non sit: nec mediū ðmōstrationis erit. Tertia ꝯditionalis. si mediū ðmōstratōnis non sit: nec etiā ðmōstratio erit. Cathegorica ē h̄. mediū i demōstratōe est vnū i plurib⁹ nō equocū. ¶ Ad rationeʒ dubÿ dr̄ ꝙ hic non capiť istātia vt ē ꝓpōni ꝯ̄ria vel ꝯ̄dictoria. ſʒ capiť istātia ꝓ dissēsu q̄ qs dissentit alicui ꝓpōni cui tn̄ ali⁹ assētit. mō null⁹ pōt dissentire dignitati.

**Ad rōnes** Ante oppositū. due p̄me soluūtur ex prio notabili. ¶ Ad tertiā dr̄ ꝙ diffinitio considerata ꝑ hitudinē ad p̄dicata p̄dicabilia notiori modo sibi ꝯueientia q̄ꝫ diffinito ē predicatū dyaleticū. ipsa aūt ꝯsiderata ꝑ habitudinē ad suū diffinitū de q̊ nata ē vl̄r et affirmatie p̄dicari potest esse ꝯ⁰ ðmōstratōis.



**Queritur** Utruʒ demonstrator interroget. ¶ Et videť ꝙ sic. qꝛ in q̄libet scia sūt ꝓp̄e iterrogatiōes. ergo ⁊ ꝓp̄a iterrogata. ⁊ ꝑ ꝯn̄s ð ipsis demōstrator iterrogat. ¶ Scđo argr̄ sic. dubitabile ē iterrogabile. ſʒ conclusio ðmonstratiōis ē dubitabilis. ğ ē interrogabilis: ⁊ ꝑ ꝯn̄s de ea ðmōstrator iterrogat. ¶ Tertio argr̄ sic. q̈ttuor sūt q̄stiōes vere scibiles. vt patebit i z⁰ hui⁹. ſʒ q̄stiōes v̄e scibiles nō pn̄t termiari nisi pri⁹ iterrogenť. ğ nec̄e ē ðmōstratorē iterrogare. ¶ In oppo^m ē aꝝ.

**Primo** Sciēdū ē ꝙ pro ðclaratōe termioꝝ ponūť tres distictiones. Quaꝝ pria ē h̄. duplex ē iterrogatio. q̄dā ē cathegorica q̄ qs determiate q̄rit alterā parteʒ ꝯ̄dictionis. vt vtrū hō sit risibilis. Alia ē interrogatio disiūctiua q̈ qs q̄rit vnā ꝑtē ꝯ̄dictōis sub disiūctione ad aliā. vt vtrū hō sit aial vel non. ¶ Scđa distictio. demonstratorē interrogare pōt duplr̄ itelligi. vno⁰ ꝙ iterroget p̄missas. ⁊ h̄ iterrogatiōe ca^{ca}. Alio⁰ ꝙ iterroget cōclusionē similiť iterrogatiōe ca^{ca}. ¶ Tertia distictō. ðmōstratorē iterrogare tā premissas q̄ꝫ ꝯclusionē pōt duplr̄ itelligi. vno mō an̄ actualē ðmōstrationē. ⁊ sic pōt iterrogare tā p̄missas q̄ꝫ ꝯclusionē. cū sint sibi adhuc dubie. et h̄ iterrogatione cathegorica. Alio mō in actuali ðmonstratione. ⁊ sic pōt iterrogatiōe cathegorica adhuc iterrogare cōclusionē cū sit sibi adhuc dubia. n̄ tn̄ i actuali ðmōstratiōe iterrogare de p̄ncipÿs. qꝛ i actuali ðmōstratione oʒ p̄cognoscere ð pricipÿs ꝙ sūt v̄a ⁊ nec̄ia.

**Secundo** Sciēdū ꝙ q̄ntū capitulū in quo ðtermiat aristo. q̄liť scientie sp̄āles vtātur pricipÿs coib⁹ cōtiet q̈ttuor ꝑtes. Quaꝝ pria cōtiet tres ꝯclusiōes p̄ncipales. ¶ Pria ē h̄. nulla ðmōstratio accipit illud p̄ncipiū cōe. nō cōtigit simul idē affirmare ⁊ negare ð eodē nisi cōclusio affirmet p̄dicatū ð subo ⁊ siml̄ neget oppositū p̄dicati ð illo subiecto. ⁊ tūc debʒ capi maior cū negatōe sui oppositi. ſʒ mediū aut mior extremitas n̄ debēt sumi cū suo opposito. qꝛ nihil dr̄t dicere hō est aial. ⁊ dicere hō ē aial ⁊ hō n̄ ē n̄ aial. qꝛ aial p̄dicať ð alÿs ab hoie. Similiť nihil refert dicere calias ē aial. ⁊ dicere calias ē aial ⁊ n̄ calias est n̄ aial. ¶ Scđa cōclusio on̄dit q̄liť istud p̄nci^m de q̊lʒ ē affirmatō vł negatō. igrediť ðmōstratōnē. ⁊ ē h̄. Istud p̄nci^m igrediť ðmōstratōneʒ ad ipossibile. n̄ tn̄ sēꝑ nec vl̄r. ſʒ solū iquātū sufficiēs ē. Dr̄ aūt esse sufficiēs qn̄ ꝯ̄hiť ad ꝓpriū gen⁹ subiectū circa qđ fit ðmōstratō ¶ Tertia ꝯ⁰ infert q̄dā correlaria. Pri^m. oēs scie ꝯicāt. i. vtūť p̄ncipÿs coib⁹ rōe cui⁹ diffinit cōia p̄ncipia. Sūt ei p̄ncipia cōia illa qb⁹ vtūť scie tāq̄ꝫ ex his ðmōstrātes. nec tn̄ sūt illa ð qb⁹ ðmonstrāt. s. subiecta. nec illa q̄ ðmōstrāt. sic passiones. Z^m corre^m. dyaletica dr̄t ⁊ ꝯuenit cū alÿs scijs. ꝯueīt ei. qꝛ oēs alie scie ꝯicāt cū p̄ncipÿs cōib⁹. ſʒ dr̄nt. qꝛ oēs alie scie sūt deťmiati gn̄is idest sūt circa ðtermiatū sbm scibile. ſʒ dyaletica n̄ ē vni⁹ ðtermiati gn̄is. Tertiū corr^m. demōstrator ⁊ dyaletic⁹ dr̄nt. qꝛ dyaletic⁹ iterrogat. ðmōstrator aūt n̄ interrogat ꝓpter idꝙ non ē indr̄ns ad vtrāq̄ꝫ partē ꝯ̄dictionis.

**Tertio** Sciendū ē ꝙ circa hunc textuȝ incidunt quattuoꝛ difficultates.
¶ Quaꝝ pria est hec qliter ē possibile ꝙ illud
pꝛicipiū: nō ɔtingit idē simul affirmare et ne-
gare. ingrediat̄ formaliter ðmōstrationē. cū
tātū demōstratio fiat ex ppōnibꝰ cathegori
cis. ¶ Rñdet̄ ꝙ illud pꝛicipiū pōt formaliter
igredi demōstrationē si addat̄ ad maioꝛē ex-
tremitatē. et tūc faciet vnā cathegoꝛicā de co
pulato pꝛedicato sic arguēdo. ois hō ē aial. et
nō est nō aimal. calias ē hō. ergo calias ē aial ⁊
nō ē nō aimal. ¶ Scōa difficultas. vtrū illud
pꝛimū pꝛicipiū. de quolibet ē affirmatio vł ne
gatio igrediat̄ oēm demonstratōnē ad ipossi
bile. ¶ Rñdet̄ per distictionē. qꝛ duplex ē de
mōstratio ad ipossibile. quedā ē q̄ ex opposito
ɔtradictoꝛio ondit veritatē pꝛopositi. et i tali
demōstratiōe ingredit̄ illud pꝛicipiū. Alia est
demōstratio ad ipossibile q̄ pꝛopter nō iherē-
tiā vniꝰ cōtrarij icōplexi ondit inherētiā alte
rius ɔtrarij. vt illa q̄ ondit numeꝝ esse pareȝ
eo ꝙ numerꝰ nō est ipar. et in tali demōstratō
ne nō igredit̄ illud pncipiū. eo ꝙ nō sumit ne
gationē ɔdicētē affirmationi. ¶ Tertia diffi-
cultas. quare dicūtur methaphꝭica ⁊ dyaleti-
ca scientie ɔmunes. ¶ Rñdet̄ ꝙ methaphꝭica
dicit̄ ɔis cōitate pdicatōis. eo ꝙ suū subiectū
pꝛedicat̄ de subiectꝭ oim aliaꝝ sciētiaꝝ. Sed
dyaletica dicit̄ ɔis cōitate vsus et applicatio
nis. qꝛ subiectū dyaletice pōt applicari ed om
nes sciētias. possumꝰ eni per sillꝫ dyaleticū ꝓ-
babiliter disputare de pꝛicipijs ⁊ cōclusiōibꝰ
aliaꝝ sciētiaꝝ. ¶ Quarta difficultas. cū cuius-
libet sciētie sit vnū pꝛopꝛiū subiectū. q̊ mō po
test stare ꝙ dyaletica nō sit detmiate alicuiꝰ
generis subiecti. ¶ Rñdet̄ per distictōnē. qꝛ
vel ꝑ genꝰ subiectū itelligit̄ illud ꝑ qd demō-
strātur passiones. et sic dyaletica ē determia-
te alicuiꝰ generis subiecti. sicut ⁊ qlibꝫ alia sci
entia. Alio mō per genꝰ subiectū pōt intelligi
obiectū totale scie qd ē cōclusio. et sic dyaleti
ca nō est vniꝰ generis subiecti detmiate. ad il-
lū sensū ꝙ cōclusio silli dyaletici nedū pōt es
se vera sed etiā pōt esse falsa. mō cōclusio silli
ðmōstratiui sēꝑ est vͣa. ideo demōstratia sciē-
tia ē determiate vniꝰ generis subiecti. ¶ Uel
sic respōdet̄ ꝭm linconiēsē. quia dyaletica du
pliciter sumit̄. vnoᵒ inquātū ē sciētia ⁊ ꝑs phi
losophie. et sic habet subiectū ꝓpꝛiū. scꝫ sillm
vel scōas itētiōes applicatas pmis pꝛo quāto
ꝑ eas deuenit̄ de noto ad ignotū. Alio mō po
test capi dyaletica inquātū est ars ⁊ instrumē
tū phꝭie quo vtitur i qualibet sciētia. et sic non
habet ꝓpꝛiū genꝰ subiecti. sed est cōmunis oi
bus subiectis omniū aliaꝝ scientiaꝝ.

**Conclusio** Respōsalis. Demonstra-
toꝛ nō iterrogat. Patet. qꝛ
interrogare ē querere vnā partē ɔtradictiōis
sub disiūctione ad aliā. sed demōstratoꝛ nō q̄
rit vnā partē ɔtradictōis sub disiūctiōe ad a-
liā. sed sumit alterā partē. ergo ⁊c̄.

**Primo** Dubitatur. vtrū in qualibꝫ sci
entia sint pꝛope interrogatōes
¶ Ad dubiū respōdet aristo. in scōa ꝑte huius
capituli affirmatiue ꝙ sic. Pꝛobat. quia in vna
q̄qꝫ sciētia sūt pꝛopꝛie pꝛopōnes ex qbꝰ fit sil-
logismꝰ. ergo ⁊ pꝛopꝛie iterrogationes. tꝫ ɔn̄a
qꝛ pꝛopō ⁊ iterrogatio sillogistica idē sunt. ois
eni q̄stio quā querit demōstratoꝛ postea fit ꝓ
positio aut ɔclusio demōstratiōis. g̊ ois q̄stio
quā q̄rit demōstratoꝛ ē ex pꝛopꝛijs termis illi
us sciētie. et per conseq̄ns in ðmonstratia sciē
tia sunt ꝓpꝛie iterrogatiōes cōstitute ex ꝓpꝛi
is termis illiꝰ sciētie. ergo similiter erit i alijs
sciētijs. ¶ Ex quibus ifert aristoteles q̄ttuoꝛ
coꝛrelaria. Pꝛimū ē ꝙ n̄ ois interrogatio ē ge
ometrica vel medicinalis. sed solū illa ē geo-
metrica que fit ex ꝓpꝛijs termis geometrie.
ex quibꝰ etiā demōstrat̄ cōclusio i geometria
¶ Scōm coꝛrelariū. geometria ꝑ sua pꝛopꝛia
pꝛicipia habet pꝛobare cōclusiones geometri
cas. nō tamē habet pꝛobare sua pꝛopꝛia pꝛici-
pia. ¶ Tertiū coꝛrelariū. nō opoꝛtet quēlibet
scientē quālibet interrogationē interrogare.
nec ad oē interrogatū rñdere. opoꝛtꝫ tamē
eū interrogare ⁊ rñdere de his que ꝑtinēt ad
ad suā sciētiā. ¶ Quartū coꝛrelariū. si qs dis-
putat cū geometra scd̄ꝫ ꝙ geometra ex his q̄
sūt geometrie bn̄ disputat. si aūt disputet cū
geometra ex his que nō sūt geometrie nō bn̄
disputat. Ideo nō est disputādū de geometria
non geometricis.

**Secundo** Dubitatur. quot q̄stiōes mo
uet aristoteles circa iterrogatiōes geometri-
cas. ¶ Ad dubiū rñdet̄ ꝙ in tertia parte huiꝰ
capituli mouet tres q̄stiōes. ¶ Pꝛia ē h. quia
dictū est ꝙ sūt aliq̄ iterrogatiōes geometrice
vtrū sint aliq̄ nō geometrice. ¶ Scōa. vtrū i-
terrogatiōes facte scd̄ꝫ quālibet ignoꝛātiam
pꝛicipioꝝ geometrie sint geometrice. ¶ Ter

tia. vtrū sillogism⁹ ignorātie procedēs ex op/
positis principioꝝ sit sillogism⁹ vel paralogis/
mus. Est eni duplex sill's ignorātie. gdā est q
procedit ex falsis et dr̄ peccare ī materia. ē ta
mē sill's simplicit̄. Ali⁹ est sillo⁹ ignorātie qui
appet esse bon⁹ et nō est. et dicitur peccare in
forma sillogismi. sic̄ sillogismi q n̄ fiūt ī debito
mō et debita figura. ⁊ ille cōi noīe vocatur pa
ralogism⁹ disciplie. idest apparēs sillo⁹. ¶ Ad
primā q̄stionē rn̄det aristo. per duo dicta. Pri
mū ē istud. interrogatiōes facte ex alia arte a
geometria sūt nō geometrice. de hoc non dat
exēplū: sed posset sic dari. vt si queratur ī musi
ca. vtrū ton⁹ possit diuidi in duo semitonia eq̄
lia. talis interrogatio ē non geometrica. ¶ Zᵐ
dictū. quia scd̄m geometriā pn̄t fieri interro/
gationes nō geometrice. vt si qs opinetur pa
lelas subire. idest lieas eq̄liter distātes ꝯcur/
rere: est interrogatio nō geometrica. ¶ Ad se/
cūdā questionē rn̄det aristo. q interrogatō fa
cta scd̄z ignorātiā principioꝝ geometrie ē quo
dā modo geometrica: et q̊dā mō nō geometri
ca. nā sic̄ arithinū dicitur duplr̄. vno° qꝛ ē sine
rithino. B̊ ē sine sono. alio mō qꝛ habet prauū
sonū. Similiter nō geometricū dr̄ duplr̄. vno
mō qꝛ nō habet aliqd de geometria. Alio° qꝛ
praue habet aliqd de geometria. sic̄ ē ignorā/
tia q̄ est ꝯtraria pricipijs geometrie. Sed solu
tio tertie q̄stionis patebit in dubio sequenti.

Tertio Dubitatur. vtrū sillo⁹ ignorātie
per quē gn̄at̄ error vel deceptio
sit sillo⁹ vel palogism⁹. ¶ Pro solutōne dubij
ponit aristo. septē differētias īter scias d̄mon
stratiuas ⁊ dyaleticas. ¶ Pria est. qꝛ in d̄mon
stratiuis non fiūt paralogismi sic̄ ī dyaletic̄l. z°
dr̄a. qꝛ mediū in demōstratis sēper habet du/
plicē habitudinē ad extrema. qꝛ habet hitudi
nē ad maiorē q̄ predicat̄ d̄ eo vl'r. et ad miorē
de q̄ predicatur vl'r. nō tn̄ sic predicatur vni/
uersaliter q signū vniuersale ponatur ad p̄di
catū. qd̄ aūt predicatur nō dr̄ oē. idest nō sumi
tur cū signo vl'i affirmatio. Tertia dr̄a. qꝛ illa
q̄ sūt in sciētijs demōstratiuis sūt manifesta ī/
tellectui. sic̄ visibile visui. sed nō in dyaleticis
qꝛ in rōnib⁹ dyaletic̄l latēt multe deceptiōes.
sic̄ patet faciēdo talē sill'm dyaleticū. circul⁹ ē
figura. sꝫ carmia idest met̄ homeri sūt circul⁹
ergo carmia homeri sunt figura. Quarta dr̄a.
quia in dyaleticis pōt fieri instantia. sed nō in
d̄mōstratiuis. qꝛ sillo⁹ demōstratiu⁹ procedit
ex premissis vl'ibus q̄ sunt ve pro quolibꝫ sup
posito. Quinta dr̄a. qꝛ in dyaletic̄l oportet ser/
uare formā sillogisticā. non aūt in demonstra
tiuis. Patet sic. qꝛ senes sic arguebāt ex puris
affirmatiuis in scd̄a figura. qcqd generat̄ in
multiplicata analogia. idest ī maiori ꝓportōe
q̄ꝫ sit corp⁹ ex q̊ generat̄ illud cito generatur:
sed ignis cito generat̄. g̊ ignis generat̄ in m'lti
plicata analogia. Sexta differētia. ī d̄mōstra/
tiuis non potest demōstrari ex falsis veꝝ. iō ē
facilis resolutio a vitate ꝯclusiōis ad veritatē
principioꝝ. patet. qꝛ in methaphic̄l an̄s ⁊ ꝯn̄s
ꝯuertunt̄ ī veritate. qꝛ pro medio nō accipiūt
aliqd̄ accidētale. sed diffinitiones ꝯuertūt̄ cū
extremis. nō sic autē est in dyaletic̄l. Septia
differētia. qꝛ sillogismi dyaletici bn̄ pn̄t auge/
ri p diuersa media. sꝫ sill'i demōstratiui nō pos
sūt augeri p diuersa media. sed bn̄ augent̄ iu/
mēdo in post. idest sub minori extremitate. ⁊
in lat⁹. idest sub maiori extremitate. vt sit ista
ꝯclusio demōstrata: numer⁹ est quāt⁹. sub q̄ꝫ/
to sumit̄ finitū ⁊ infinitū. et sub numero sumi
tur par ⁊ ipar. ¶ Ex his patet respōsio ad duᵐ.
quia sillo⁹ ignorātie p quē causat̄ deceptō vel
error in sciētia est sillo⁹ scꝫ peccās in materia
nō autē ē paralogismus discipline.

Ad rationes Ante oppositū dicitur
q soluūtur oēs ex pri/
mo notabili. ¶ Et hec de questione.

Queritur Utruꝫ sit possi
bile vnā sciētiā
alteri subalternari. ¶ Et videt̄
q nō. qꝛ ꝯtingit d̄mōstratorem
descēdere d̄ vno gn̄e ī aliud ge/
nus. et tn̄ cōtingit descēdere d̄
vno subalternoꝝ in aliud. g̊ nō est possibile sci
entias subalternari. ¶ Scd̄o sic. nulla indiui
dua eiusdē speciei sibi inuicē subalternant̄. sꝫ
oēs sciētie sūt idiuidua eiusdē speciei. g̊ nulle
